

FRATRIS CYPRIANI  
ORDINIS CISTERCIENSIS IN CAN-

tica canticorum Salomonis  
explanatio.

¶ *Canticum canticorum Salomonis.*



VAERES  
in suo genere  
preclaræ sunt &  
eximiæ, diuini  
scriptores, iuxta  
Hebrææ linguæ  
proprietas, eius

dem vocis explicat geminatione: cuius altera parte paternus, generandi casus obtineat altera. Supremos Cœlorum, fornices appellat cœlos cœlorum: & sancta sanctorum, quæ sunt eximie sancta, & quæ nefas sit attingere: & sabbatha sabbatorum, præcipua sabbatha: in quibus non tantum esset feriandum, sed & memoria recolenda, diuina aliqua beneficia in populo Dei collata. Eandem ipsam loquendi proprietatem, Salomon homo ingenio summo atque sapientia seruauit initio libri Ecclesiastes. Vanitas vanitatum (inquit Ecclesiastes) vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Vanitatem vanitatum, quasi supremam vanitatem dixit, cui nihil addi possit, quæ nulla possit excogitari maior. Non secus Epithalamium hoc [Canticum canticorum] appellauit, quasi dicas, præstantissimum carmen, & quod inter cetera omnia, quæ multa edidit ac varia, principem locum obtineat. Duabus autem ex causis (vt mihi videtur) sapientissimus homo sacram Bucolicam, tam illustri titulo commendauit. Altera est, vt carmen hoc omnibus suis carminibus nouo titulo præferret. Nam edidit Salomon

quinque supra mille cantica, vt sacra referthistoria. Loquutus est quoque Salomon tria millia parabolas, fueruntque carmina eius quinque millia: quibus (si vlla est Hebræis auctoribus adhibenda fides) summi Dei laudes diuerso atque vario genere carminis celebravit. Canticum proinde canticorum, graue hoc atque plenum carmen, nec sine diuino metis instinctu fufum, appellat: quoniam, & rerum magnitudine, & sublimitate, tum etiam figura dicendi, & selectione verborum, cœteris omnibus a se compositis esset carminibus præferendum. Differuit præterea de natura, & virtutibus rerum omnium, adeo sapienter, vt (quæ ad modum diuino testimonio & auctoritate, quæ summa semper esse debeat, constat) nullus vnquam in natura opificium, tam admirabili sapientia penetrarit. Disputauit (inquit) super lignis, a cedro quæ in Libano est, vsque ad hyssopum, quæ egreditur de pariete. Differuit de iumentis, & vo-

Ecclies 1.

3 Reg 4.

3 Reg 4.

A soluta

soluta, an poti<sup>9</sup> astricta numeris, fuerit cōplexus, non satis exploratū habeo. Res em̄ vertitur in dubiū a pud peritissimos Hebræorū. Quod si pedibus illigata oratione, vt plerique arbitratur, de totius nature virtute, & facultate disseruit: (id quod inter Græcos & Latinos fecere nōnulli, vt Empedocles, & Lucreti<sup>9</sup>, & alij) librum hūc titulo prenotauit insigni, [Cāticū cāticorū] appellās: vt doceret, neq; etiā eodē ipsos versus, quibus de occulta ac recōdita totius nature vi disputauerat, fore cū Epithalamio isto cōferendos. Altera huius tituli causa ea erit, quā Chaldæus interpres sapiēter excogitauit: quæ mihi semper visa est magna cum ratione cōiuncta. Probē tenebat Salomon antiqua diuine legis monumenta: eratq; illius animo singulę partes historie sacræ, diuiporūq; oraculorū, alti<sup>9</sup> infixę: literas & apices habebat in numerato. Sciebat multis in locis, a viris sanctis Deoq; charissimis, diuina beneficia in eos collata, infinitis penē fuisse celebrata versibus, ac diuerso genere carminis illustrata.

Exo. 15. Principio em̄ Moses dux & magister populi Iudaici, cū ad imperiū diuinū, mare percussisset virga, fluctibusq; in diuersa abeūtibus, atque hinc inde in murorū speciēstātibus, populo iter patefecisset, & ante quartā vigiliā noctis omnē secū traxisset multitudinem: simul Moses ipse, simul populus vniuersus, manifesto numine seruati, sub lucē Deo seruatori hymnū cecinere dicētes: Cātemus Dño, gloriose em̄ magnificatus est, & cetera. Fama est, ducē ipsū exámetro carmine (cuius apparatus vetustissimus creditur) tunc primū diuinas laudes in præsentem vsum fuisse cōplexum. Filij Israel deinde,

Exo. 17. cū primū eorum exercitus sitis

grauissima inuafisset inter arida & squalentia loca, aquarenturq; laboriose ex ijs fontibus, quos longē post se reliquerant: datusq; fuisset illis puteus aquæ, nouis versibus editis, diuinū celebrare beneficium. Cecinit præterea Moses, cū iā morti esset vicin<sup>9</sup>, celebre Cāticū exámetro carmine, anteaquā ascendisset in mōtē Abarim, vbi nimbis repēte eius corpus operuit. Et vaticiniū præterea cōposuit, exámetro cōprehensum carmine, postquā optimis institutis domi forisq; sub id tēpus quo vita dicefsit, Dei populū instruxit. Nec Iosue, qui post Mosē Iudaicū populū moderabatur, eximiū beneficiū magno cū miraculo cōiūctū, passus est line carmine abire incelebratū. Nam cū Chananæum pauore & metu percussum, premeret vrgeretq;: & victor fugientē hostem cū cœde & strage longius insequerēt: proditū est in arcans libris, stetisse aliquandiu solem in cœlo, quoad Israelitę victoria defungerentur. Tūc (inquit) Scriptura sacra, cecinit Iosue corā Deo, Barach præterea & Debora inulier fatidica, & rerū futurarū præscia, cū ad mōtē Thabor, principem Sifarā cum numerofo exercitu fugarent: vix adhuc benē confertę fuerāt manus: cū subita procella tonitruis & fragore cœli cōfestim orta, aduersa hostiū ora diuerberabat. Sequuta est deinde grādo ingēs, tātaq; cœli intēperies, vt Palestini præ nimio torpore tela tenere non possent: cū nullus penē sensus huius frei ad Iudæos perueniret. Postquam ergo (cœlesti potius vi quā pugnātia virtute) Palestinæ copię fuerē deletę, multiq; in acie cœcubiisēt: plures etiā eisēt in fugā conuersi: tūc Debora & Barach filias Abinoë, nouo cantico stupendū miraculum prosequuti sunt.

Deut. 31.  
et. 32. et  
33.

Iosue. 10.

Iudicum  
4. 5.

Anna

1. Reg. 2. Anna præterea Samuelis mater, cum diuino beneficio filiū accepisset, cuius admirabilis fuit probitas, vitæq; innocentia: diuinū donū, nouis verbis excipiebat, dicēs. Exultauit cor meum in Domino, & cetera. Cum ergo Salomō hæc diuinæ legis vetusta monumēta rerum gestarū, singulasque Odas siue cantica, memoria retineret, & animo cōplecteretur suo: epithalamium hoc, [Cāticum cantorum] appellauit: quasi dicas, carmē, & præstātissimū, & excellētissimū inter ea omnia quæ in literis arcanis habētur eximia & admiranda.

Illud verò minimè prætereundū cenſeo, quod à plerisque summa sapientia summoque ingenio viris obseruatū inuenio. Quid potuit videlicet esse causæ, quod Salomon cæteris voluminibus ab eo editis, Prouerbijs, & Ecclesiaste, aut filium David aut regē Israel, aut ciuitatis Hierosolymæ principē ac ducē se appellauit, cum præſenti titulo, Salomonis appellatione cōtētus, prætermissaque nobilitate, & antiquitate familie, & dignitate regia præterea, [Cāticū canticorum Salomonis] dixerit? Dixerat in Prouerbijs: Parabole Salomonis filij David regis Israel. Et in Ecclesiaste: Verba Ecclesiastes filij David regis Hierusalē. Habet à nobis proposita quæstio de his appellationibus filij David, regis Israel, regis Hierusalē, & Salomonis, magnas & graues causas, quæ solertē & industriū lectorē postulent. Principiò ergo quoniā in libris Prouerborū cōsiliū erat, mores hominū formare, & instituere ad bene beatèq; viuendū: prudēticoſilio, se filiū David appellauit, vt lector agnosceret, sapientē hominē ex sapiente natū, & eruditū ex erudito, denique prophētā ex propheta (qui disciplinas oēs, & ingenuas ar-

tes, quibus humanū ingenium excolit, ab ipsa incūte ætate, & primis infantie initijs didicisset) tātū onus, adeoque difficilē prouinciam erudiendi alios, sibi assūpsisse. Deinde magnū videbatur habere momentū, ad instituendū & erudiendū Iudeorū populū, Salomonē nō tātū regē esse (cuius est, optimis institutis & præceptis vitæ degendæ, stultū vulgus moderari, & in officio retinere) verū etiā & regem esse ex rege ortū: qui nō populi suffragijs, nō sorte, sed natura potius, & electione diuina, in regē esset susceptus p̄ patre David. Ob eamque rem, quò suā autoritatē apud populū vehemētius assereret, potenterque illius instituta influerent in animos subditorū, & regem se, & filiū regis appellauit: vt diuinę electionis, & uocationis ad regni fastigiū, & dignitatem, lectorē cōmoneraceret. Ad hæc & loco Prouerbi, citato, & exordio libri Ecclesiastes, regiā quodāmodo cōtentabat dignitatē: vt dociles, & attentos redderet auditores. Possit enim tyrānus, publiceque libertatis oppressor, legibus & institutis, præceptis, & monitis rēpub. gubernare, sed in re suā: suis enim cōmodis, & utilitatibus, nec sine aliorū iniuria, tyrānus prospicit semper. Contrā verò, qui animū gerit, rege & principe dignū, omnia in cōmunem reipub. utilitatē refert, subditorū cōmodis et lucris cōsulit, reiecta atque cōtēpta pprii lucrī cupiditate. Hæc igitur inter ceteras præcipua (vt arbitror) causa fuit quæ Salomonē hominē sapientē per mouere potuit, vt libris iā à nobis citatis, se, et regē Israel, et Hierusalē appellarit: vt scilicet subditis innotesceret, regio se animo nō tyrānico, noua præcepta cudere, nouaque instituta, ad formādos hominum animos, nō ad expilādos ciues excogita-

re. Deinde, prudenti satis consilio, in libro Ecclesiastes, regiae administrationis in ciuitate sancta Hierusalem intulit mentionem. Erat dicturus de rebus longe difficilimis, daturus oes hominum vanitates, sapientium huius seculi dementiam & stultitiam grauer reprehensurus. Quamobrem, titulo regis Hierusalem cupiebat acerbitatem huius rei mitigare. Nam cum audis Hierusalem ciuitatem, oportet in mentem reuocare, templum celeberrimum, ab eodem Salomone constructum, totamque architecturae rationem, quae sapientiam hominis, eximia & incredibilem fuisse testatur: reuocare in memoriam, sacrificia, oblationes, diuinas laudes, quae singulis diebus nouis carminibus editis, celebrabantur: denique animo retineas, nobile sacerdotium, religionem, pietatem, singulasque diuini cultus partes: quae omnia Hierosolymis Salomone, pro sua sapientia, circumspecte moderabatur, indicque ingenti omnium admiratione prouehabat. Nonne igitur magnum habeat pondus ad suadendum hominibus rem longe difficilem, auctorem illius voluminis, regiam dignitatem administrare in ea ciuitate, in qua sola vera resideret pietas, certus cultus, atque religio, diuinarum & humanarum rerum firma constansque cognitio? Aliorum igitur fidem incredibilem artificium conciliabat, cum se sanctae ciuitatis gubernatorem & ducem appellabat. Erat enim animus, lectori, huius rei facere fidem: librum illum ab homine, & diuina & humana sapientia peritum, fuisse excogitatum, & inuentum. Iam uero ut ad titulum Epithalamij huius nostra se conuertat oratio, hic, non se regem Israel, non regem Hierusalem, non filium Dauid appellauit: nam erant haec omnia, partim corporea, partim humana, omnia denique fluxa erant & peritura. Ex Dauid genitum

esse, ad corpus quidem attinet: & regiam dignitatem administrare inter homines, hominis etiam est ceteros ad optimam uitae rationem, legibus, & institutis, ducentis. Quae uero Salomon hoc Epithalamio cecinit, excedunt corporea omnia, nihil habent cum corpore, nihil cum carne commercij. Quod fit, ut ei qui uelit in intimam huius libri philosophiam penetrare, aliquid supra humanas vires sit audendum, & a corpore ipso, & humanis rebus excedentium quodammodo. Itaque quoniam & generatio illa, & regiae praeterea dignitas, res erant fluxae, & ad interitum sua natura festinabant: neque se filium Dauid, neque regem appellat. Agitur enim hoc libro, de rebus aeternis, firmis, constantibus, quae nullam unquam sentiant demutationem, quae sint a materia seueratae: ac proinde ab omni ratione interitum & corruptionis alienae. Postremo, Salomonis titulo contentus est, alijs appellationibus praetermissis: ut nomine Salomonis audito, memoria repetat diligens lector, sapientiam illam incredibilem Salomoni coelitus concessam certissimo oraculo ad illum per insomnia delato. Ecce ego (inquit) dedi tibi cor prudens & sapiens, quae nunquam fuit ante te, neque post te excitabitur alius tui similis. Et iterum. Dedit dominus sapientiam & intelligentiam Salomoni multam nimis, & latitudinem cordis, tanquam arenam quae est in littore maris. Praestititque uerissimis omnibus hominibus etiam sapientibus Aegypti. Quod fit, ut quoniam de diuina sapientia & arcanis abstrusioribus diuinae mentis dicturus erat, maturo satis consilio, eam sibi appellationem delegit inter ceteras, quae diuinae sapientiae sibi coelitus collatae nos admoneret.

Totius autem libri huius materies, diuinus amor est Spiritus, hoc est, Ecclesiae

3 Reg. 33

3 Reg. 4

Ecclesi. 47.

clesiæ aut cuiusq; animæ sancte erga Deum: ob eaque rem à plerisq; verè Epithalamiū appellatur. Tres igitur cū sint in vniuersum totius philosophiæ partes, quarū postrema (hoc est Metaphysica) diuiniore est: possit aliquis magna cum ratione dubitare, quo potissimū totius philosophiæ mēbro libellus hic sit collocandus, aut inter quas partes philosophiæ cōnumerāndus sit. Ego sanè arbitror, Salomonem virum sapientē duas illas partes philosophiæ, quarum altera circa morū institutionem, altera verò circa cōtemplationem naturæ versatur, duobus voluminibus fuisse cōplexū, Prouerbijs & Ecclesiaste. Nam in Prouerbijs hominem instituit ad bene beatq; viuendū: in Ecclesiaste, circa cōtēplationē rerū naturalium totus versatur. At verò supremā illā partē diuiniore philosophiæ (quā Metaphysicā appellam⁹) præsentī volumine cōprehēdit. Id verò diligenti lectori prōptū erit colligere cum ex multis alijs, tūm verò maximè, q̄ in hoc libello res ita tractatur, vt nihil videatur habere, aut cū materia, aut cū corpore, aut cū ipsa dissipatione atq; interitu, commercij. Erit igit̄ inter Salomonis opera Epithalamiū hoc habēdū excellētissimū, & diuinissimum: nā præstantes etiā philosophi nobilissimā toti⁹ philosophiæ partē, Metaphysicē esse dixerunt: tūm q̄ de rebus altissimis disputet, tū etiā q̄ mortalibus, huius cognitio, tanquā finis humanæ vitæ præcipuus, proposita sit. Vnde Arist. i. Metaphysicorum, inuestigationē & cōtēplationē diuinarū rerū, humanū vitæ finē & scopum esse dicebat.

Vetus tñ apud prælatēis omni genere doct̄inæ homines quæstio fuit diu ac multum agitata: duplex cum sit hominum animis inst̄ facultas,

cognoscēdi scilicet & appetēdi: qua sit potissimum facultate homini vtē dum, vt postremā fœlicitatem summūque bonum assequatur. Omnes penè Græcorū scholæ in ea sententia fuere, vt dicerēt, cognitione & cōtemplatione maximè hominē posse beatum effici, atq; eā animi facultatem quæ tota circa cōtemplationem versatur, aditum aperire mortalib⁹; vt supremā assequatur beatitudinē. Hęc præcipua causa fuit, ppter quā Arist. homo accerrimo ingenio, singulariq; doctrina, diuiniore philosophiæ (hoc est Metaphysicæ) libros, à scientia & cognitione auspiciat⁹ est, dicens, Omnis homo natura scire desiderat. Tū ex Simonide sententiam adducit: hominē nō in eā rem tantū natū esse, vt humana cōtēplaretur. Quā sententiā confirmat, cōtemplationē & inuestigationem diuinarum rerum totius humanæ vitæ finē esse præcipuū docens. Erat igitur in hac opinione, ad exactā diuinarū cōtēplationē, scientia & cognitione perueniendū esse. Pythagoras verò Græcæ philosophiæ parens, propositā à nobis quæstionē pertractans, (vt testis luculentissimus est Plato) inter humanas res atq; diuinas distinxit, & inter finita bona, & infinita, ad rem difficilem explicadā: et aliter nos habere ad humana bona & finita, aliter verò ad diuina, cœlestia, & infinita: & finita bona cognosci quidē à nobis priusquā amentur: imò & sepius præstare, odio res ipsas humanas & naturales prosequi, vt illarum naturam & facultatē habeas exploratissimam. Cui sententiæ astipulari videtur Paulinum illud: Spiritalis homo omnia diiudicat: hoc est, omnia perfecte exacteq; cognoscit. Nā quò vehemētius cōtēnit & odit res oēs quæ à verā animi pietate possūt auocare:

Arist. i. Metaph.

Arist. i. o. Ethic. c. 9

Ibidem.

Pytago - as. Plato.

1. Cor. 2.

Arist. i. Metaph.

eò exactiùs rerū naturas & proprietates tenet. Itaque, vt ad Pythagoræ sententiã explicandã sensim accedamus, res naturales possint optinẽ exacteq; à nobis internosci, tametsi nō amentur: at verò diuina bona, cœlestia, & infinita, vix à nobis pro illarū maiestate & dignitate cōprehēdi possunt aut teneri, nisi prius flagrantī charitate, & amore erga illa afficiamur: & inuestigāda à nobis sunt, nō tam vt cognoscantur, q̄ vt amentur. Si verò queras, quid ò Pythagora causæ sit, quod diuina prius sunt ardentè amāda vt illorum naturā animo concipiamus? Amor (inquit) amantē transfert in amatum: ob eamq; rem quamuis inter Deū & hominē nulla sit proportionis aut cōparationis ratio, id tamē quod proportioni deest, affectus transformātis charitatis potest explere. Est hęc Pythagoræ sententia, diuinę philosophiæ (vt arbitrator) nimium consentanea. Deus in literis sacris ignis aliquando cognominatur. Eādē igitur trāslatione verborum, Angelum, perspicuū, & lucidū corpus appellare licebit: animū verò, corpus concretū quandiu cæco ac tetro carcere & carnis integumēto, & inuolucro manet inclusus. Itaque quemadmodū corpus diaphanum & perspicuū, vt aēr & aqua, subito & intus & extra lumine impleri ac circumfundi videmus, terrena verò corpora, vehementer prius calefacienda, & calore in diaphani similitudinē extenuanda, q̄ igneam concipiant lucem: ad eūdem modū, spiritus à corpore seiuncti diuinū lumen subito excipiunt, nostræ autem mentes coniunctæ corporibus, egent incēdio extenuātis & transformātis amoris, vt à cōcretionē extenuati & in diuinam traducti similitudinē, splendore tandem diuiniore sciētiae

collustrentur. Hinc nata est celebris <sup>Porphyr.</sup> illa (vt arbitrator) Porphyrij sententiã. Inquisitio diuinorū purificat animū, amor verò edificat. Erat igit̄ Pythagorcorū sententia: inuestiganda esse diuina, & qualia quoq; sint, cōmuni animi præceptione retinēda: sed vt exacte illa intelligamus, singulari amore, incōparabiliq; charitate op̄ esse. Ob eamq; rem primū verę Metaphysices elementum maximeq; necessariū, amorem statuebant. Quibus facile perspicitur, quibus ex causis Salomon sapientissimus homo de diuiniore sciētia, diuināq; Metaphysice dictur, huic sciētiae & arti, amorē tanq̄ propriam illi ac peculiarem materiā, subiecit. Id em̄ ipso statim initio insinuauit, cū dixit. [Osculetur me osculo oris sui.] Huius rei causa (vt diximus) ea est, q̄ humanus animus harū rerū sublimitatem, per se attingere nō potest, nisi adsit vehementissimus amor, & charitatis sensus quidam potentissimus. Est itaq; Salomō, qm̄ & de amorib; & carnē nuptiale cōscripsit, Epithalamio graphus appellandus: cum quo non possunt cōferri, siue apparatus carminis spectes, siue rerum sublimitatem, veteres illi, qui Epithalamia cecinere. Nō Pharsalius Agamestor, nō Hesiodus, qui Epithalamium cecinit Peleo & Thetidi. Atq; inter Epithalamio graphos primus hoc genere carminis (vt ego sanē iudico) diuina mysteria cōplexus est: vt credendū sit, profanos authores, quemadmodū plerāq; alia, ita etiā & hoc scribendi genus, è nostris fuisse mutuos. Nō igitur est q̄ delusa gentilitas huius carminis apparatus ab ea primitus inuentū iactet. Nam fuerunt pleriq; qui dicerēt, eo tempore, quo Xerxes Persarum rex Græciam inuasit, cū omnes intra muros laterent, nec possent more solito

lito Dianę sacra perfolui, rusticos Laconas ad montes peruenisse, & in illius honorem hymnos dixisse: vnde natum carmen Bucolicum, ætas posterior elimauit. Sunt qui velint, Orestem, cū Dianę Fascellidis simulachrum raptum ex Scythia adueheret, ad Siciliam tempestate delatum, collectis nautis, paucisque postoribus cōuocatis, rusticis hymnis Dianę festum celebrauisse, & exinde ad rusticos homines veterem dimanasse consuetudinē. Alij non Dianę, sed Apollini Nomio cōsecratū carmen hoc volunt, quo tempore Admeti regis paupuit armenta. Postremò asserunt quidam, rusticis Numinibus hoc carmen à pastoribus dicatū, vt Pani, Faunis, ac Satyris. Faciatis hæc plusquā anilia deliramenta, quādo Salomō scriptor vetustissim⁹, plen⁹ spiritu Dei, Bucolicū carmen prim⁹ cōscripsit. Habet libell⁹ hic Epithalami speciem, (vt dixim⁹) cōscribiturq; in modū dramatis. Drama autē est, vbi certę personę inducuntur inter se colloquentes, & alię interdū superueniunt, discedunt alię, alię accedūt, ita vt totū Drama in mutationibus personarū absoluat. Nunc Sponsa Sponsum alloquitur, nūc verò Sponsus Sponsam, nunc chorus iuencularum cū Sponsa miscet colloquia, interdū Sponsa chorum iuencularū, & Sponsus iuvenes ipsos, quos habet amicos, & charissimos, sepius alloquūtur. Et quoniā totus liber planē allegoricus est, iuuabit etiā ad inuestigandū accuratius huius libri sentus, illud probè tenere, diuinos amores sub rustica metaphora & vili, nēpe pastorica, de cātari. Quo scribendi genere sæpē vitur Scriptura sacra. Nā & regius Vates, vt alia loca omittamus, suam in Deum fiduciā, eādē metaphora decātabat, dicēs: Dñs regit me & nihil mihi deerit, in loco pascuę ibi me collo-

cavit. Hoc genere scribēdi vitur diuina philosophia: primò, vt ad nostram infantiam & ruditatem se attēperet: & vt diuinam erga nos curam & sedulitatem, certissimamq; prouidentiam declaret. Nam quātoperē sit necessaria sollicitudo, quanta debeant præstare solertia, quo amore, qua charitate erga oues, qui rem periam curant, multorū est literis proditum. Adhęc, hoc verborū integumento nostram imbecillitatem & indigentiam explicat cœlestis philosophia, qui nobis non possimus, citra diuinam opem, vlla in re, aut cōsulare, aut prouidere. Nec enim est aliud pecus quod min⁹ sibi prospicere possit, quod magis pastoris opera indigeat, quā ouis: vnde prouerbiū natum: Ouilli mores. Postremò, humili & rustica allegoria mortales homines Spiritus Dei alloquitur, nunc ex re pecuaria, nunc verò ex re rustica desumpta: vt harum artium necessitate cognita, nulli nostrum sit obscurum, quanto perē egeamus ea sapiētia, quę tā vili est inclusa integumento. Nā has duas artes tanquā præcipuas, humanisque vñibus magis necessarias, diuinę literę, primū excogitatas & inuētās ab hominibus, produnt: & artem curadorū pecorū omnibus alijs vidētur anteferre. Eam exercuit iustus Abel, eam sancti Patriarchę coluere, quò vitæ toedia leuarent, & quotidianas necessitates, & indigentias depellerent.

De autoritate libri huius apud veteres Hebręos, pauca quedam expro mere non fuerit præter rē. Tota lex apud illos in tres distribuitur partes, quarum prior Legem habet, altera Prophetas, postrema continet Hagiographa. Librum igitur Cātorū cum Hagiographis connumerarunt. Inter Prophetas autem & Hagiographa, iuxta illorum sententiam, hoc

maximè interest, q̄ Propheta non intuetur aut intelligit quidpiam, nisi priùs animo & mente à sensibus auocato: & nunc res ipsas videt similitudine quadam, aut specie & simulachro inclusas, frequenter audit vocem loquentis Spiritus, nunc per insomnia arcana quædam sibi reuelantur, nunc verò euigilans & mentis compos effectus, altiora comprehendit mysteria, De qua re fusiùs multò à nobis disputatum est, cōmentarijs in prophetam Nahum. Sunt alij q̄ ope Numinis futuras res atq̄ cœlestes intueantur, quemadmodū Salomon, & iuxta Hebræorum sententiam Dauid, & alij pleriq̄ non auocati à sensibus, vt superiores illi, sed cum nullis essent flagitijs contaminati, essentq̄ animi candore, vitæq̄ integritate admirabili, diuinarū rerū studio, & pietatis operibus maximè intenti, Numen habebāt interiùs illos alloquens, & instigatione quadam interna, erudiens, & ad res futuras perspiciendas incitans: vnde profundiorē illam sapientiam, & rerum diuinarum comprehensionē certissimam hausere. Horum igitur scripta veteres Hæbræi Hagiographa appellabant. Nemo proinde arbitretur Canticum canticorum vulgari fuisse apud Hebræos autoritatis, si cum aliorum oraculis componatur: nam erant apud illos Hagiographa magna estimatione. Apud nos verò, qui Christianam profite-mur philosophiā, post sanctorū Patrum decreta, Canticorum liber inter canonicas scripturas habendus est, nuper referente sancta Synodo Tridentina, quæ scripturarum partes inter canonicas debeat computari.

CAPVT PRIMVM.

*Osculetur me osculo oris sui.*



Vicūq̄ de reali qua dicitur, ceteros instituere nititur, primò statueret debet, quib⁹ de reb⁹ agēdū sit: vt & ipsi propositū sit de quo dicat, & ceteri animo possint prospicere in quem finem tota eius decurrat oratio. Proditum fuit primò hoc genus præcepti, (si Eumenio vlla fides adhibēda est) ab Aristotele & Platone præstantissimis philosophorum, quorum industriam in formandis instituendisq̄ hominū animis magnoperè admiramur atq̄ suspicim⁹. At verò si pari studio nostra legeremus, quo peregrina miramur, non tantoperè ad eorum dogmata stuperemus, qui omnia penè ex nostris mutuati sunt. Et vt ceteros omitamus sacrorum Bibliorum autores, quorum scripta superius illud docēdi instituendiq̄ genus aperte demonstrant, vnum tantū Salomonem in mediū producā qui quæ admodū philosophis omnibus, quos Græcia edidit, antiquior, ita etiā eruditior est habitus. Is, cū in libro Proverbiorum ad bene beateq̄ viuendum, mortalium animos formaret: ipso statim totius operis ingressu, propositione vsus est, qua lectori patefecit, quod argumenti genus susciperet pertractādū. Parabolæ (inquit) Prouer. i. Salomonis filij Dauid regis Israel: ad sciendam sapientiam & disciplinam, ad intelligenda verba prudentiæ, & suscipiendam eruditionē doctrinæ, iustitiæ, iudicium, & æquitatem: vt detur paruulis astutia, & adulescenti scientia & intellectus. Ecce titulum propositioni coniūctū: quæ breuis est & dilucida, & cōsiliū aperit Salomonis in eo libro conscribendo. In Ecclesiaste verò, celebres omnium philosophorum sententias & opi-



opiniones damnaturus, qui supremam hominum felicitatem, alibi quæ in Deo constitueret: primo totius operis limine, quo animo disputationem illam susceperit, artificiosè satis lectori declarauit. Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes, vanitas vanitatum & omnia vanitas. Etenim cum Salomon in animum induisset, varias philosophorum de summo bono referre sententias, qui cum de beatitudine agerent, in quam totius vitæ ratio sit conferenda, alibi quærendam astruebant, quam in cognitione Dei, amore, pietate, certa atque constanti religione: maturo consilio, materiam totius libri patefecit, cum hominis beatitudinem eis in rebus si tam non esse declarabat, quæ sint obnoxia vanitati, & perpetuo versentur in motu. Iam verò (vt ad sacrum hoc Epithalamium nostra se conuertat oratio) Salomon de diuinis amoribus dicitur (quæ tota est huius libri materia, vt fuit à nobis superius declaratum) vt propositione uteretur, breuiter atque succinctè materiam argumentumque totius libri proponeret: ab osculo sumpsit exordium dicens. [Osculetur me osculo oris sui.] Occupat enim vulgaris amor (id quod ab antiquis philosophis prodicitum est) oscula ipsa, tanquam pignus quoddam præcipuum sibi à natura destinatum. Habet amor vulgaris complexus, dona, siue munuscula, quæ inter se vicissim mittunt amantes, dulcissima præterea colloquia, literas quibus se inuicem alloquuntur absentes, nutus, signa, reliquaque id genus alia, tanquam certissima indicia mutui amoris. Horum tamen, ad exprimendam vim & naturam amoris, & efficaciam illius mirabilem, nihil possit cum osculo conferri. Igitur qui totius operis initio dixit. [Osculetur me osculo oris sui,] de amoribus utique se dicturum pollicitus est.

Velim tamen Christianum lectorem admonitum, Spiritum Dei, quamuis frequenter ab amore vulgari supra metaphora nobiscum agat, vt diuini amoris naturam explicet: non tamen ad eos amores celebrandos & decantandos omnem amoris congressum admittere. Is est enim perpetuus sanctarum Scripturarum mos: vt quauis ad res diuinas explicandas verborum translationibus utatur, & à rebus humanis, quæ positæ etiã sint in communi vsu hominum, metaphoras, & allegorias assumat: eatenus tamen id facit, quatenus in verbis summa modestia, & pudore quedam ingenuum liceat conspiciere. Eodè itaque consilio, Salomoni spiritu Dei plenus, alijs omnibus prætermisissis quæ in amore vulgari deprehendunt, congressus osculi duntaxat meminit, quod & naturam amoris & ingenium, citrà petulantiam omnem & impudicitiam explicat. Principio igitur Sponsam inducit amore Sponsi flagrantem, tristè, sollicitam, cogitandam, plenam denique; mœroris postremi, propter absentiam Sponsi. Quãobrem tanquam impotenti amore percita, nequiquis sit Sponsus, quod illi nomen, quale ingenium, nequiquis illius naturam declarat: sed repente, & veluti ex abrupto, quasi omnibus proprium esset agnoscere quis esset illi Sponsus, & nomen & appellatio nem omnem reticuit, his verbis contenta. [Osculetur me osculo oris sui.] Explicuit autem Salomon (meo iudicio) admirabili quodam artificio, amoris naturam: nam qui quæpiam ex animo diligit: totum se in amato versat, de illo cogitat, illum desiderat, arbitratur ceteros omnes idem de amato habere iudicium eodè affici morbo, eandem laborare egritudine, ob eamque rem ignorare non posse, quod sit amatus. Legimus in Euangelio Ioannis, Mariam illam, quæ ex peccatrice & impudica, in oscula & amplexus Sponsi ruere cupiebat, cum illum viuere quereret inter mortuos, hortolanum fuisse alloquuntur dicens. Si tu sustulisti cum,

Ioan. 10.

eum, dicit mihi, Erat a deo flagranti amore incensa, ut piaculum illi videretur grauissimum, quæpiam hominibus ignorare Christum Iesum Spōsum dulcissimum, & inter homines Christum Iesum dūtaxat esse quæredū. Ad eūdem modum, & regi<sup>o</sup> Vates David.

*psal. 114* Dilexi (inquit) quoniam exaudiet dominus. Dilectione explicat, nomē tñ illius, quæ tāta charitate cōplecteret, filētio prætermisit. Nā exultimabat, neminē esse adeo rudē & imperitū, qui non intelligeret, amoris & dilectionis rationes & causas in Deo dūtaxat residere. Nō secus Sponsa, præfenti carmine, graui amore correpta (quod propriū est amantiū) auidissimē cupit in oscula & amplexus Spōsi ruere: quasi omnib<sup>9</sup> esset cognitus, propter summā illius nobilitatē & splendorē, et nomen reticet, & naturam, & ingeniū illius profundiori filētio premit, tantū inquit: [Osculet me, &c.] Postulat autē Spōsa nō vnū dūtaxat osculū, sed multa poti<sup>9</sup> quæ admodū ex fōtib<sup>9</sup> Hebræis, tū etiā & Græcis liceat colligere. Nā inquit Hebræa, *וְשָׁקַנִי מִשְׂפָּתַי בְּרוּחִי* hoc est, osculetur me osculis oris sui. Et interpres Græcus *φιλημάτων* dixit. Nā impotenti & flagrantissimo amoris, nō vnū sufficiebat osculū. Quidquid enim Spōsa nomine osculi ab Spōso petit, (quod nondum est à nobis explicatum) petit crebro, & frequenter sibi dari postulat. Neque enim animus ille, quæ Sponsa refert præfenti Epithalamio, Spōsi osculis possit defatigari, aut satiari basijs. Diligit Sponsa sine modo, & quò frequētius in Spōsi oscula ruit, eò amat ardentius, & crebriora petit oscula. Nam diuinus amor, cuius laudes Salomō celebrādas suscepit, cū multis alijs rationib<sup>9</sup>, tūm verò maximē vulgarē & impudicū amorē ista ratione excellit: quæ vulgaris amor ad

fastidiū & nausēā oscula cōplexusq<sup>3</sup> multiplicat, diuinus autē, adeo fastidium vllū in generare nō possit, ut semper recens maueat, & auidus, indicesq<sup>3</sup> gliscat ardentius. Erat apud Hebræos nomen osculi multarū rerum symbolum, latēq<sup>3</sup> patebat osculi significatio. Nā osculū frontis amicitie erat symbolum, de quo Paulus *Roma. 16* ad Romanos, & ad Corinthios, *1. Cor. 16* cū iuuet salutare fratres, in osculo *2. Cor. 13* sancto. Erat etiam & hoc genus osculi, religionis signū & indicium, & apud Iudæos, & apud Gentes, ut autor est Plutarchus. Vndē & Christū Iesum hoc genere osculi legim<sup>9</sup> reuertētes discipulos excipere solitū. Qui mos Hebræorū gēti fuit peculiaris. Isaac ad Iacob, cū fratri Esau præpuit primogenita, dixit. Da mihi osculum filij mi. Est & osculū manus, de quo diu<sup>9</sup> Hieronymus super Iob testatur grauissimū in arcanis literis centeri piaculū. Si ego (inquit S. Iob) osculatus sū manū meā, quod est grauissimū peccatū, et iniquitas maxima apud Deū. Manus exosculari nostras, idē est, quā nostra opera laudare, de fide gloriari et de iustitia, et nos ipsos tāquā idolum aliquod colere et venerari. Est præterea de osculo man<sup>9</sup> frequēs in Scripturis sacris mētio. Diu<sup>9</sup> eū Hieronym<sup>9</sup> (ut alia omitram<sup>9</sup> loca) locū illum, apprehēdite disciplinā, sic vertit. Osculamini filiū. Quo loco p<sup>9</sup> Synecdochen, ex signo id quod signatum est intelligitur. Osculo siquidē man<sup>9</sup> regie, in plerisq<sup>3</sup> regnis, testatur subditi, velle se in fide ac potestate regis esse. Ita q<sup>3</sup> filiū exosculari, idē est, quod illū tāquā principē et regem agnoscere, et venerari. Maturō igitur iudicio, quoniam sciebat diuersa esse osculorum genera, quæ iuxta cuiusq<sup>3</sup> proprietatem, certē alicuius rei essent symbolum, nē locus aliquis maneret dubitationi, quoniam

*Roma. 16*  
*1. Cor. 16*  
*2. Cor. 13*

Plutare.

Gene. 26

Iob.

Psalm. 2.

qm̄ significatio osculi tā latē patebat, oris intulit mentionē dicēs. [Osculetur me osculo oris sui.] Nam oris appellatio, nō solū ad ardēre dilectionē pūnet, verū etiā & ad certissimā sp̄e, & eximiā illius cōfidentia. Cognita em̄ electione, vocatione, & iustificatione, quæ beneficia bonitate Sponsi illi cōtingissent: imò cū sciret se in regni cōsortium assumptam, iuxta illud psalmi: Astitit regina à dextris tuis: non postulat oscula pedis, nō oscula manū, (quod propriū est ancillarum, seruorum, mācipiorū) sed osculum oris. Vt quemadmodū amica & sp̄ola solet, familiari amicitia Sp̄sum ex osculādo, spiritalē illius contactum possit sentire. Iā verò postulat ratio, ipsam osculi oris naturā, & qualis sit hic spiritalis cōtactus paucis explicemus. Attendat igitur Christian⁹ lector, quod sit in homine præcipuū animi vestibulū, quæ fenestra per quā soleat animus seipsū insinuare, & se quodāmodo in rē amatā trāsfundere. Prudēter satis & eruditē ab Apuleio dictū accepim⁹: os in homine ianua est orationis, cogitationū comitiū, vestibulū animi, per quod occulta ratione se frequentius prorripiat, quā per aliā totius corporis partē. Quærebatur iā olim inter præstāteis omni genere doctrinæ philosophos, quid potissimū amātes, osculorū frequēti repetitione, & veluti cōcertatione quærent. Respondent illi magnocū iudicio: crebris osculis cōtēdere, vt animi, quātū fieri potest in se ipsos penetrēt, & abeant. Et qm̄ id penes illos nō est, animos scilicet, inuicē cōmutare: illud efficiūt qd̄ possūt: ob eāq̄ rē in ipso animi vestibulo veluti cōmorāt, & ore decertāt, vt animi se inuicē possint exosculari, qm̄ aliud nō licet. Nō verebimur ad rem aperiendā & explicandā, ab ipso amo-

re vulgari pauca quædā desumere, quādo salomon ipse, imò in Salomone Spirit⁹ diuinus, tā multa ab eisdē fontibus hausit. Cū verò vulgare amorem dixi, caueat quispiam existimet me, de petulāti amore & impudico agere, sed de eo poti⁹, q̄ inter sp̄sum & sp̄sam, inter maritū & vxorē colitur. Cū itaq̄ sit os in homine animi vestibulū, per quod potissimū amantes animos cōmutare cōtendunt: non iniuria Salomon Sponsam inducit petētē oscula, nō frōtis, nō manū, aut pedis, sed illud potius genus osculi, quo charissimi Sponsi animū exosculari possit, & se ipsam pro illo quodāmodo cōmutare. Fidelis enim quæcunq̄ anima quæ Sponsum Christū colit, & amat: ardentē cupit Sponsum exosculari, hoc est, seipsam pro illo cōmutare, si possit. Nomine igitur oscui oris, cōmutatio nē istā animorū et transformationē intelligimus. Et qm̄ de commutatione ista, quæ per osculū fit, cœpim⁹ disputare, quò tota res fiat apertior, necessū est, altiori mēte reponamus, quæ veteres illi Theologi, quos Kabbaleos appellabat antiquitas, suis literis prodidēre. Pleriq̄ (inquiūt) sanctorum Patrum, eorū qui ante legē Mosaycā, & post legem cōditā Deū coluēre: frequēter mortui sunt morte osculi, quā ipsi **מית בְּיִסְדָּוּ** appellabāt, verbis penē desumptis à præsentī Salomonis carmine. Itaque sanctū Abrahamū, Noe, Iacob, Isaac, omnes inquam mortem osculi degustasse, illorum erat opinio. Est autē duplex genus mortis, quorum alterum solo discessu corporis ab anima contingat, alterum verò seiunctione animæ à corpore, non tamē corporis ab anima. Postremū hoc genus mortis præstantissimū quidem est, & paucorum quorundam, qui dilectionem Sponsæ

Sponsæ imitantur: nã primum illud mortis gen<sup>o</sup>, & cõmune est, & in pœ nã sceleris inflictũ: ob eamq; rem nihil habet, aut laude aut in vituperatione dignum. Postremo illo genere mortis anima à corpore quodammo do seiungitur, corpus autẽ ab anima nunq̃ discedit. Id verò accidit, cũ humani corporis regina, eo studio suis est operationibus in etã cõtẽplationis & dilectionis, vt nullã interiorẽ facultatem ad eas res cõtẽplandas admittat: tãta est illarũ dignitas atq; maiestas. Ea igitur anima quæ à corpore separatur, quæ crassiores facultates & potẽtias ad diuinã pulchritudinẽ cõtẽplandã nō admittit, possit suo iure Sponsũ dulcissimũ alloqui, & cũ illo varijs de rebus miscere colloquia, felices oculos admirabili pulchritudine possit pascere, osculũ excipere, & repẽdere, & animorũ cõmutatione mutua, perpetua volutatis cõmunionẽ cũ Spõlo manere. Sed vt in reliquis omnib<sup>o</sup> virtutib<sup>o</sup> grad<sup>o</sup> quidã esse cõspiciũtur, quorũ supremus virtutem efficiat heroicã: eadẽ opera, & inter oscula ista gradus quidã videntur esse, quorũ supremus eximiusq; is est, de quo cœpimus disputare. Primus in, super quẽ tanquã in fundamẽtũ fixũ & solidũ reliqua omnia osculorũ genera incũbãt, Spõsi verbum est, & teniq; lex ipsa diuina. Nam, iuxta ea quẽ diximus, cũ fit os, & cordis, & cogitationũ, & animi domicilium: quod primò loco petit Spõsa, illud est, vt scilicet, Spõtus illi suas aperiat cogitationes, & in verba dulcissima prorũpat, suo verbo illã erudiat, instruat, atq; formet. Nã, vt in sequẽtib<sup>o</sup> videbimus, Salomon desiderium explicat, singulis penẽ versibus, veteris Sponsæ, Synagogæ scilicet. Quæ cũ in AEGYPTO versaretur intẽr alienos & peregrinos

deos, cũ adhuc vestigia quẽdam veteris religionis, & prioris Spõsi multorũ animis altiũs manerent infixæ, vehemẽter cupiebat Sponsi tangere os, excipere osculum: hoc est, & illius verbo erudiri, & cogitationes antiquas intueri, quæ illius verbo reuelãtur. Vnde dubitare nō possum, quin Salomonis animum, cũ hæc scriberet, incurreret tota illa historia sacra, quẽ & desideria veteris Spõsi exprimit, tũ etiam & locus ille maxime, qui de Mose diuinas leges excipiente, pleraq; mysteria refert. Locus itaq; ille, qui in nostra translatione sic habet: Loquebatur facie ad faciem tanquã vir ad amicum suũ: à Chaldeo paraphraste sic vertitur: loquebatur ore ad os, tanquã qui exosculatur amicum suum. Itaq; voluit leges diuinas Chaldeus nomine osculi exprimere: tum etiam & diuinum verbum quod Moyse, virò sanctissimo in mõte reuelabatur, nomine oris. Bene proinde Salomõ vt cõtactus omnes spiritalis cõplecteretur, meminuit osculi oris: inter quos supremus ille est, de quo iã diximus: primus autem, & quasi aliorum primum fundamentum, verbum Sponsi, totaq; lex diuina. Supremum autem illud genus osculi Moses, vt arbitror, excipit in monte Syna, cũ ad eò extra se positus esset, vt famis iniuriam quadraginta dierum & noctium minimẽ sentiret. Sensit & Paulus, qui postq̃ in tertiuũ cœlũ raptus superiori illo genere mortis occubuit, dicebat. Viuo ego, iam non ego, viuunt autẽ in me Christus. Paulus vivebat, q̃ adhuc esset in corpore mortali, q̃ sensib<sup>o</sup> corporeis ad varias diuersasq; res intelligendas vteretur, q̃ varijs necessitatib<sup>o</sup> corporeis seruiret inuit<sup>o</sup>: mortuus tamen erat: nam tam validẽ Christus Iesus illius animæ

Exod. 33.

Exod. 24  
Galat. 2.

anime osculum impreſſerat, vt Chriſtus viueret in Paulo, loqueretur in Paulo, videret in Paulo, & omnia de niq̄ vitæ officia Chriſti nutu & voluntate gererēt. Hæc oſculorū genera varia ſunt, nec pari officio ab Spōſo, ſanctorū in animis imprimuntur. Sed nūc, habita ratione meritorū cuiuſque, nunc verò, diuina prouidentia, & Spōſi liberalitate, arcana ratione & abſtruſiori, ita diſponente. Quæcūq̄ tñ oſculorum genera quātūuis efficaciffima & admirāda, ab illo ſemp̄ primo oſculo diuine legis, tanquā à fonte naſcūtur. Ob eamq̄ rē ita locus intelligēdus eſt, vt primò gen<sup>o</sup> illud oſculi petat Spōſa: dein de verò, quæ illud naturā cōſequūt. Supremū autem illud oſculi genus & Paulo & Moyſi impreſſū, quāuis in animis ſanctorū ſuā vim & efficaciam declararit, ita vt ſe pro Deo in uicē cōmutauerint, & dij appellarētur, & teſtimonio regij vatis, tū etiā Ioānis Euāgeलिſtæ: ſed nulli vnquā horū, hoc genus oſculi tā validē impreſſum fuit, atq̄ Chriſto homini. Cæteri enim oēs (teſtimonio ſanctarū Scripturarum) in deos quodāmodo trāſiuere, & pro Spōſo cōmutati ſūt: ſed iſthæc trāſmutatio ſimilitudine quadā fit: manēt enim poſt oſcula eorū animis expreſſa, quædā diuinitatis veſtigia, & ſcintillæ quædā ex vaſtiſſimo diuinitatis igne deſumptæ: ſubſtātia tñ ipſa Diuinitatis, in nullū vnquā ſanctorū ita diſfuſa eſt, vt abſoluta ratione illorū aliquis dicerēt inſinitus, æternus, immortalis. Chriſtū verò hominē Deus ipſe tā potenter fuit exoſculatus, vt totus homo trāſiret in Deū, & Deus ipſe eādē lege in hominē, nō trāſmutatione naturæ, aut alicuius interitu ſubſtātiæ, ſed gloriæ & maieltatis cōmunionē. Verē enim (vt Fideſidocet) eūdem &

hominem appellamus & Deum, pariſque cultu Deum hominem, & hominē Deū veneramur: adeò vt (iuxta Pauli ſententiā) omnis lingua cōſpōſiteatur, quoniā dñs Ieſus in gloria eſt Dei Patris.

*Quia meliora ſunt vbera tua vino.*

Hebræa autem.

*Quia meliores ſunt amores tui ſuper vinum.*

**V**arietas iſta in verbis Sponſæ vt nunc iuenculas alloquatur, nūc verò ſubitò ad Spōſum orationē cōuertat, ingentes amoris affectus nobis declarat. Multa enim ſunt, quæ amātes & verbis & operib<sup>o</sup> efficiūt, quorū ſi ab illis rationē velis extorquere, nihil aliud reſpōdebūt, quàm q̄ vehementer amant. Sponſa repente cōmutata oratione ſermonem deſcendit ad iuenculas: & oratio ipſa breuis eſt, cōciſſa, Laconiſmū ſapit. Horū ſi ab Spōſa cauſas velis exigere, nihil aliud reſpōdebit, q̄ q̄ amore languet. Illud enim à præſtantiffimis philoſophis obſeruatum inuenimus, in amore nō tam externa opera aut verba eſſe penſanda, quàm affectus: & verba ipſa nunquā ex numero aut multitudine dijudicanda, ſed omnia potiùs ad internā amoris vim & efficaciam referenda. Hæc quæ in amore vulgari multis experimentis ſapientes homines deprehēdere, multò magis in amore diuino perſpici poſſunt, de quo Salomō diſputationē ſuſcepit. Igitur quoniā totum hoc negociū affectib<sup>o</sup> inter Spōſum & Spōſam agit: ſi verba ipſa attēdas, videbūtur tibi conciffa, breuiſſima, aliquando etiam incōpra: ſed ſi ad interiores animi cogitatus hæc referas, iuxta amoris naturam & proprietatem, longa videbitur oratio & prolixa, eloquens, luculēta & erudita.

Pſal. 81  
Ioan. 1

dita. Variè à multis hic locus verti-  
 tur: alij em̄ meliora sunt vbera tua  
 super vinū, dixere, vt nostra habet  
 trāslatio: plerique Hebræos autores  
 imitati, cōstanter vertunt, pro vberi-  
 bus amores. Vt sit sensus. [Meliores  
 sunt amores tui vino.] Locum fecit  
 huic varietati literula quædam He-  
 bræa (vt arbitror) ׀ scilicet nam  
 ׀-י si per ׀ scribatur, dilectionē  
 significat, siue amorē, si verò sine ׀  
 [vbera] quæadmodū habet nostra  
 translatio: vt Canticorū. 7. ibi, dabo  
 tibi vbera mea. Et Prouerbiorū. 7.  
 Veni inebriemur vberib⁹. Ergò quæ  
 pro amorib⁹ [vbera] legimus, sit lo-  
 cus intelligēdus de summa Spōsi cir-  
 ca Spōsam charissimā beneficētia &  
 liberalitate, cura, amore, & dilectio-  
 ne. Nam sæpè cogit nos diuina boni-  
 tas adeò exposita, & in nostras vtili-  
 tates & cōmoda diffusa, multa illi  
 tribuere, cōtrā quā natura rerum  
 patiat. Nascitur hæc loquendi de  
 Deo ratio, ab admiratione diuinę p-  
 uidentię erga mortales, & sollicitudi-  
 nis cuiusdam, quæ nullis verbis ex-  
 primi possit. Erat olim Spōsa, vetus  
 scilicet Synagoga, multis miserijs va-  
 rijsq; calamitatibus in Aegypto op-  
 pressa, perpetuis operibus luti & la-  
 teris destinata ab impijs: pertensit  
 summā Spōsi erga se prouidentia,  
 & curam incredibilem, adeò vt non  
 solum amore cōiugali illam videre-  
 tur diligere, verum etiam tanquam  
 charissimā filiam, aut nuper natum  
 infantē fouere, nutrire, lactare vber-  
 ribus eximie atque singularis pieta-  
 tis. Nā poterat Spōsam ex Aegyp-  
 to & seruitute postrema in liberta-  
 tē vindicare, solo nuru & volūtate,  
 nō edito nouo aliquo miraculo: sed  
 quod tot portētis stupēdis à Deo, tā in-  
 genti aduersariorum clade, illam in  
 gratisimā libertatē asseruit: quod

Cant. 7.  
 Prouer. 7.

Exod. 1.

Exod. 12.

Exod. 14.

Exod. 16.

spolijs & manubijs hostiū diues in-  
 uasit & opulenta: quòd inter stupē-  
 tes fluctus maris, sicco transtulit ve-  
 stigio: quòd in deserto tot annis, lau-  
 tissimis epulis tenerrimè fuit educa-  
 ta: hæc inquam, non tam Sponsi quā  
 pietissimę matris videntur esse of-  
 cia. Ob eamque rem Sponsa admira-  
 ta tantam charissimi Sponsi erga se  
 indulgentiam, vbera illi tribuit,  
 ad insinuandam incredibilem Spō-  
 si benignitatem, & pietatem eximia.  
 Sic solet diuina philosophia Deo  
 Op.M. propter summam illius pro-  
 uidentiam & s. dulā curā erga Spon-  
 sam, non solum vbera, (vt prælenti  
 carmine liceat intueri) verum etiam  
 & nixus siue partus, & vteri gesta-  
 tiones, & reliqua omnia, quibus ma-  
 tres charissimos filios solent officijs  
 pietatis quodāmodo onerare, suam  
 que erga liberos testari beneuolen-  
 tiam, tribuere. Esaias inquit. Nun-  
 quid obliuisci poterit mulier infan-  
 tem suum? Sed si illa fuerit oblita,  
 ego tamē tui non obliuiscar. Ad eā-  
 dem rem pertinet locus ille Dauidi-  
 cus. Sicut ablactatus super matre  
 sua, ita retributio in anima mea. Ist-  
 huc referenda sunt, quęcūque Pau-  
 lus Apostolus omnibus penē episto-  
 lis inculcat, de diuitijs gratiæ & glo-  
 riæ, quibus Sponsus vnicam Spōsam  
 & charissimā mirificè ditauit, ultra  
 quā credi possit, aut excogitari.  
 Nam quòd diuitias sæpè & thesau-  
 ros nominat Paulus, eò spectat, vt  
 quisque nostrū intelligat, Sponsam  
 non solum in salutem, vitam, & li-  
 bertatem assertam, sed & copioso  
 sanguinis Chri Iesu & cruoris fluxu  
 opulentiorē & ditiorē effectā: adeò  
 vt non solum Christus redemptor  
 per totam vitam medijs etiam sup-  
 plicijs, à mortuis excitatus regres-  
 sus in cælum, Sponsam egerit, & cō-  
 iugem

Isai 49.

Isai 103.

iugē, sed & matrē suis vberib<sup>9</sup> tener  
 rime infantē recēter natū lactantē,  
 & nutrientē. Quæ causa fuit, vt exi-  
 stimo, vt Ioannes Euangelista inter  
 ceteras visiones quas largioris spiri-  
 tus haustu è fonte diuinitatis expref-  
 sit, Sponsum viderit in Apocalypsi  
 præcinctū apud māmillas in pectore.  
 Tāta enim fuit Spōsi benignitas  
 & misericordia, quibus voluit Spon-  
 sam suā fouere, & nutrire: vt, quoniā  
 vitalia omnia in pectore cōtinētur,  
 (quib<sup>9</sup> solet Scriptura sacra affectus  
 pietatis tribuere) Ioānes Euāgelista  
 (loco iā citato) videat Christum ad  
 pectus præcinctum iuxta māmillas.  
 Spōsa proinde pietatē Sōpsi, & dile-  
 ctionē tenerrimam, vberū nomine  
 expressā, præfert vino, hoc est, omni-  
 bus oblectamētis, quibus solēt mor-  
 taliū animi mira quadam iocundita-  
 te affici. Si verò eorum lectio nobis  
 proberetur qui vertūt, non vbera, sed  
 amores: cōstabit sensus alius, his quæ  
 superius diximus, etiā (vt arbitror)  
 cōsentaneus. Vt igitur quispiā artifi-  
 cio se dicat, nō satis est, si res ipsas de  
 quib<sup>9</sup> est dicturus, proponat (vt supe-  
 rius dixim<sup>9</sup>) nisi ea quæ cōfusa sunt,  
 & impedita, explicet, & distinguat.  
 Fit enim alioqui, vt. tota disputatio  
 incerta maneat & ambigua. Nō em̄  
 alium errorem Plato, vir summo  
 ingenio admirabilique doctrina, fre-  
 quentiū, aduersus Sophistas repre-  
 hendit, quā quod ambigua, & la-  
 repatentis significationis nomina  
 ante disputationis congressus, non  
 distinguerent, aut explicarent. Fue-  
 rat pollicitus Salomō Epithalamio-  
 graph<sup>9</sup>, de diuinis amoribus toto isto  
 opere se dicturum, cū osculi intu-  
 lit mentionem: nunc verò, quoniam  
 amoris appellatio latius patebat, de  
 quo amore sibi sit suscepta disputa-  
 tio, paucis ostendit, cū inquit, [Me-

liores sunt amores tui vino ] Est  
 itaque amor in duas partes distri-  
 buendus, vt alter sit amor huma-  
 nus, siue vulgaris, alter verò diui-  
 nus. Neque eiusdem artis esse vide-  
 tur, de vtroque disputare. Vt enim  
 varia est vtriusque ratio: ita etiam  
 & diuersarum artium munus, de  
 vtriusque natura & ingenio disse-  
 rere. Nam si philosophus quispiā  
 de amore vulgari disputationem su-  
 scipiat: facit ille quidem quod suæ  
 artis est: est enim hominis natura-  
 lem philosophiam tractantis, vulga-  
 ris amoris affectus, vires, & facul-  
 tates declarare. De amore autem  
 cœlesti non disputat philosophus,  
 sed theologus poti<sup>9</sup>, aut (si Græcorū  
 more loquamur) metaphysicus. Sa-  
 lomō nūc philosophum agit, nūc ve-  
 rò theologum: ob eamque rem in li-  
 bris Prouerbiorū, & in Ecclesiaste,  
 de amore vulgari multa & grauitè  
 & cautè differuit: in Cātico vero cā-  
 ticorū, quoniā theologi personā af-  
 sumit, sublimiores illius amoris, nē-  
 pè diuini, partes, rationes, affectus  
 explicare cōtendit. Ob eamque rem  
 cū presenti carmine dixit, [Melio-  
 res sunt amores tui vino] latèter sub  
 indicauit, se de amore cœlesti, (quod  
 omne gen<sup>9</sup> oblectamēti exsuperat)  
 dicturum. Id vt manifestius christia-  
 no lectori fiat, aduertēdū est, ¶  
 Hebræis (hoc est) vinū, omne genus  
 oblectamenti & voluptatis significa-  
 re. Huius rei argumenta ab eodem  
 Salomone petamus. In Ecclesiastico  
 cū à rebus ante actis, suo exemplo  
 voluisset suadere, summi boni ratio-  
 nem non esse aut in voluptatibus  
 carnis, aut sapientia humana, aut  
 in amore vulgari sitam: & his om-  
 nibus rebus parandis, plus esse dis-  
 pendij, quā in fruendo compen-  
 dij: multa singulatim recenset, quæ  
 homines

Eccles 2

homines tanquam summum bonum admirētur & suspiciāt. Aediū amplas edificationes commemorat, plantationes vinearum, confectiones hortorum, piscinas & aqua redūdantes & piscibus refertas, seruos, ancillas, psaltrias seu cantatrices, puellas etiam eximia formæ dignitate, quarū amore flagraret Salomon, vxorē quam vnice diligebat, magnam vim auri & argenti, multarum gentium imperiū: quibus omnibus se summā hominis felicitatem adeo nūquam inuenisse constanter affirmat, vt omnia potius vana; leuissima, stultitiæ & laboris plena duceret. Antea tamen quam hæc Salomon recenseret, quibus oblectamēta vitæ cōtinētur, in quæ prouidetur sensus oēs, visus, auditus, tactus, &c. vt omnia vno verbo cōplecteretur, dixit, iuxta interpretationem Hieronymi, cogitavi protrahere in vinum carnem meam: quasi dicat. Sæpē ac multum mecum cogitavi, & cū animo reputavi meo, vt omni voluptatum genere ad facietatem vsque me explerē, & omnibus me oblectamētis ingurgitarem. Hęc omnia vini appellatione Salomō cōplexus est. Audis Christiane lector, vinum, Hebræorum gēti symbolū fuisse cuiusuis voluptatis, & oblectamenti, illius maxime, quod ex amore vulgari nascitur. Plato de amore in Symposio disputās, amorem Græcē *ἔρως* dici arbitratur: hoc est, a vi, & potētia, & efficacia. Adeo enim amor secum rapit omnes alios affectus: vt omnia humana studia, amoris appellatione frequēter explicemus. Pecuniarū studium, amorem pecuniarū dicimus: propensionem erga bonas literas, artes, & disciplinas, amorem literarū appellamus: si quispiam musicis cōcentibus vehemētius oblectetur, eū

musicos amatorē nominamus. Cū igitur Salomon antiquum studium erga pecunias, hortos, vineas, cōcentus musicos, venustatē fœminarum nominauit, quis dubitat his omnibus vulgarem amorē, qui circa hæc versatur, fuisse complexum? Quo fit, vt cū de se ipso dixerat, cogitavi protrahere in vinum carnem meā: vini appellatione, partes omnes, affectus, & rationes amoris vulgaris voluerit significare. Vnde & apud Prophetas, cum sit tam frequēs vini mētio, ego semper in ea sentētia fui, vt nō tam vsus vini apud sacros vates damnetur, quā amor ipse, qui circa res perituras & fluxas versatur: quo vino facile inebriatur hominis animus, & mēs ipsa, & ratio à sua sede dimouetur. Ioānes in Apocalypsi, cū ciuitatis illius (quæ spiritalitē Babylō appellat) libidine luxuque perditæ interitum contempleretur: delicias omnes & oblectamēta, quibus ciues perpetuò vacabant, vinum prostitutionis appellat, & aliquando vinum fornicationis: nimirū suæ gentis & linguę referens idioma. Erit igitur sensus. Amore tui charissime Spōse, quæ admodum & multis experimētis, & lōgo rerū vsu didici, vino sunt præferēdi: hoc est, eis omnibus voluptatibus, quæ ex amore rerū periturarum nascuntur. Quibus verbis Salomon explicare contendit affectus piorum animorum, qui ab orbe cōdito, hoc iudicium inter amorem diuinum & vulgare fecere. Huius rei consideratio potuit sanctum Enoch inter impios & sceleratos ab omni laabe peccati purum seruare: huius rei iudicium, sanctum Noë, inter petulantes et libidinosos, in officio retinuit: certissimus istarū rerum gustus, firmumque iudicium potuit sanctum Abraham patria extrudere, deos pe-

Eccles. 2

Apoc. 17

Gen. 4. 8

Gen. 6

Gen. 12

nates



nates relinquere, familiares, amicos, cōsanguineos, opes atq̄ diuitias, vt in terram sibi ignotā proficisceretur ad mandatum Dei. Idem dixerim de sanctis omnibus Patriarchis. At anti quior illa Sponfa Dei Op. Max, cū in Aegypto versaretur, longo tem pore vino isto vtebatur, de quo dis putat Salomō, illiusq̄ vsu oblecta batur mirificē: opes habuit, diuitias habuit, fauore principum, & regū vtebatur, nihilq̄ illi deerat ad sum mam fœlicitatem: sed tandē suo ma lo cognouit, amores veteris Sponsi preferendos esse vino. Idem dixerim de illis omnibus, qui post perditam vitam & defluentē, post longos vsus vini huius, tandem illius acerbitate offensi, ad Sponsum regrediuntur, di centes. [Meliores sunt amores tui vi no.] Quod si rationib⁹ esset, & argu mentis res ipsa firmanda, nulli ob scurum est, vt arbitror, optimis auto ribus placuisse, vulgarem amorē in sanix speciem esse, & genus quodā morbi teterrimum, sanguinis pertur bationē, & anxīā quādā sollicitudinē qua humanus anim⁹ inter ipsas etiā voluptates premitur & vexatur, quo furente homo in bestię naturam de uoluitur. At verò amore Sponsi to tus homo supra suam naturam erigi tur, & in Deum quodammodo tran sit, pars ipsa rationalis illustratur, & à corporeā pulchritudinis aspectu auocata, ad diuinam pulchritudinē euolare contendit. Deinde, amor di uinus, cū multis alijs rebus, tūm ve rò maximē dulcedinis diurnitate, vulgarem excedit amorē. Nam imi tatur amoris natura earum rerum proprietates, quas amando profe quitur. Quò fit, vt cū res omnes præter Sponsum fluxæ sint, & ad proprium interitum perpetuò festi-

nēt: & dulcedo ipsa & voluptas, que ex amore vulgari nascit, difluat sta tim, & euanescat necesse est: neq̄ em̄ diurnior esse possit, q̄ res ipsæ qua rū specie detinemur. Postremò, qui cūq̄ amat, re amata porissimū cupit potiri, vt cōtētus plenusque viuat: is verò hunc scopum attingit, qui con tempto vino amoris vulgaris Deum amat. Nam reliqua vitæ oblectamen ta & animum non explent, & for tius appetitum irritant, & fastidio sunt, & nauseam prouocant. Qui ve rò Sponsum amat, vt non laborat fa stidio, ita etiam neque egestate: quā uis in eo auiditas quædam perspiciatur & diligendi, & possidendi Spon sum: hæc tamen amorem ipsum mul tō efficit dulciorem. Nam quemad modum, vt assidentes conuiuæ oble ctentur, non lautiores cibi, non sele ctissima vina sufficiunt, nisi edendi auiditas alliciat (tandiu enim oble ctatio durat, quandiu appetitus, & auiditas comedēdi) pari ratione, qui Sponsum diligit, vt fastidium non sentit, ita fame non afficitur: tamen si perpetuò auiditate quadam afficia tur, diligendi Sponsum, & possi dendi.

*Fragrātia vnguentis optimis, siue, odor vnguentorum tuorum super omnia aromata.*

[Autioribus conuiujs olim vn guenta adhibebantur, in Palesti na præsertim vbi maximē vnguen torum vsus viguit. Hinc Dauid. Pa rasti in cōspectu meo mēsam, &c. Et qm̄ lautiores epulæ nūquā apud Pa lestinos sine vnguentorū copia adhi bebātur, subiecit statim: impinguaſti in oleo caput meū. Nam יִשְׁמַח & vn

*Psal. 22.*

B guen-

guétum significat, & oleum. Ex quibus facile quispiam poterit probè intelligere, reprehensionē illam acerbam Christi redemptoris nostri aduersus Simonem qui illum inuitaluerat. Intraui in domū tuam, osculum mihi non dedisti, aqua pedes meos non lauisti: postremo, oleo caput meum non unxisti. Increpat enim Pharisei socordiam & negligentiam, quòd solita & communia erga conuiuas, prætermisisset officia. Nā & osculo hospites excipiebant, & pedes sordes aqua detergebant, & caput etiam ungebant oleo: quò minus mirandum est, mulierem illam peccatricem, & alioqui impudicam ad Christum accessisse, lachrymis illius pedes lauasse, exosculatamque fuisse, & fragrantissimo unguento diuinum unxisse verticē: præstitit enim Christo redemptori nostro hospitalia officia, quæ Phariseus vel propter animi tumorem, vel delidiam & negligentiam prætermisisset. Illud autem ab eis sollicitè obseruandum est, qui sacrarum literarum tenentur desiderio: toto hoc Epithalamio crebram huius sensus fieri mentionem, odoratus scilicet, alijs sensibus aut prætermisissis, aut non adeò frequenter in communem colloquutionem admissis. Nam, ut Catullus probè dixit, cupiunt oēs homines, amantes præsertim (nā hic de amore disputamus) nasum fieri si possent. Significans, unum ex animantibus hominem, summam ex odoramentis persentire voluptatem, magnaque ex odoribus comoda consequi: illud vero maxime, quòd odoramenta omnia, & moesticiā depellunt, & ingen-tem videntur excitare læticiam, quibus maxime egent amantes. Et quoniam de vi & efficacia Sponsi, qua

potenter mortalium animos ad se trahit, dictura esset Sponsa iure optimo sapientique consilio, odoramentorum meminit, atque eius sensus potissimum, quo, & pierèque animantes, homo maxime, & excitantur & trahuntur. Formica enim inter insecta minutissimum animal, ad cuius contemplationem nos mittit autor Epithalamij huius, odore unguentorum excitata, turmatim ex hortis in apothecas unguentariorum le confert. Qua in re grauer increpat minutissimum animal & contemptibile humani animi ignauiam & crassitiam. Formica enim tanta est sagacitate, tantaque industria, ut ea quæ sibi ad degustandum videtur commo- dilissima, longissimè odorata percipiat, tā sollicitè ad ea festinet, & properet, ut rebus fruatur cupiris: cum homines bonum suum, ut maxime utile & salutare, ita etiam & delectabile, adeò non percipiāt, ut nihil minus videatur curare, quam ad illud festinare & pergere. Pudendum est sane, cæteras animantes brutas (ut canes venaticos & vultures) solo odore excitas & impulsas, quasi furibundas ad extremum usque anhelitum currere, donec assequantur quæ maxime cupiunt: hominem verò tanta esse socordia, & negligentia, ut nequè tot diuinis odoramentis excitatus, ad Sponsum, hoc est, ad summum bonum sibi propositum & destinatum unquam festinet. Est & illud magnopere aduertendum, quòd Sponsa tum etiam & adolescētulæ interim quòd in terris versantur, odore vel odoratus sensu potissimum capiuntur. Est enim res mirabilis, & ingenti digna consideratione; tantam esse Sponso virtutem, & efficaciam, ut solo odoratu

ad

ad se possit mortalium animos pertrahere, vt facile sit intelligere, qualis sit futurus tractus ille cum Sponfus illarum sensus omnes occupauerit, visum, auditum, gustum, singulisque sensibus virtutes, facultatesque præbuerit eorum naturis maxime competentes. Non hic agimus de his exterioribus sensibus quos natura in corpore aperuit, tanquam aditus, & fenestras ad interiorem hominem, sed de alijs sensibus quos Paulus cupit exercitatos habeamus ad discretionem boni & mali. Quò autem res fiat apertior, à corporeis sensibus sumpta similitudine ad interiores istos, & diuiniorensi in aecedamus. Corporeus oculus si integer sit, si nulla laboret ægitudine, rerum colores, variasque formas iuxta cuiusque rei naturam animo præsentabit: si verò caligine, ophthalmiaque laboret, neque rerum colores probe agnoscit, & rubrum pro albo, viridem pro nigro, rectum pro curuo præsentabit, ac perturbabitur totum iudicium mentis, & aliud tandem pro alio agetur. Ad eundem modum & interior oculus mentis si ignorantia, & cæcitate, si malitia tanquam lippitudine laboret, nisi circa discretionem boni & mali exerceatur, fiet vt mala pro bonis admittat, bona verò tanquam mala, & nociua spernat. Vt ergò contingit sæpissime interioris hominis oculos & integros esse, & sanos, sæpè etiam vitiatos, & morbidos: idem etiam de alijs sensibus dicendum est, de gustu, de auditu, de odoratu, de tactu, deque alijs huiusmodi. Danda itaque opera est Christiano homini, sensus istos incorruptos semper & integros seruet, exerceatque, circa discre-

tionem boni & mali. Inter hos igitur sensus interioris hominis, Salomon in Canticis, odoratus meminit, propter duo. Primò, quòd hic sensus si cum visu, & auditu conferatur crassior sit aliquantulum (id quod ab Aristotel. reliquisque philosophis obseruatum est): nam diuina quamuis fide teneamus, sed crassius aliquantulum, & obscurius, ita vt illa potius odoremur quam degustemus. Secundò vt exemplo eorum animantium, quæ odoratu maxime valent, excitemur, excussa que omni socordia & torpore, ad Sponsum, hoc est, ad summum bonum, & auctorem nostræ felicitatis festinemus. Tertiò si velis, vt rationem suscepti argumenti per methaphoram amantium seruet: nam solent amantes hoc vno sensu odoratus magnoperè oblectari.

*Oleum effusum nomen tuum, ideo adulescentula dilexerunt.*

DEVS Optimus Maximus rebus omnibus à se conditis odorem quendam inseruit, cuius sensu illectus animus Dei cupidus, Deum ipsum posset inuestigare. Itaque quidquid de Deo aut cogitare possumus, aut eloqui, in duas partes distribuamus, quarum alteram odorem appellemus, alteram verò saporem. Et odore quidem nondum possumus fieri beati, quamuis sit odor ipse ad inuestigandum summum bonum rebus omnibus insitus. Sapor autem ita in Deo residet, & in illiò perfecta & absoluta cognitione, vt hoc potissimum cœlites beatos efficiat, quòd saporem.

rem istum degustant, Deum conficientes sicuti est, nō iam illecti aut attracti odore dūt axat, id quod mortalibus concessum est. Quidquid ergo in rebus est venustum, quidquid specie pulchritudinis nos oblectat, id omne ex odore isto nascitur, rebus à Deo conditis inserto. Itaque cum sentimus odorem, conspecta pulchritudine comprehensa que cuiuspiam rei venustate, odore excitati sapore quærimus, quem tamen in rebus conditis inuenire non liceat: atque hæc vna causa est, propter quā amantes, tametsi rebus pulchris, aut ipsa pulchritudinis specie liberè fruantur, nusquam aut sibi faciunt satis, aut animi cupiditatem explere possunt. Nam ad odorem diuinę pulchritudinis, qui in rebus pulchris cōperitur, saporem quærun; quos tamen si interrogas, quid quærant: respondebūt sanè, liberè que fatebūtur, se id ignorare. Salomon igitur, & præsentis carmine, & frequenter aliās, quidquid de Deo, aut Sponso pius animus assequi potest, & comprehendere, sapienter satis appellat nunc odorem, aut odoramentum, nunc oleum effusum: quoniam (vt diximus) interim quod Sponsa tetro isto & caliginoso carcere detinetur, odore charissimi Sponsi sustentatur, & recreatur, potiusquam sapore. Vnde Paulus

1. Cor. 13 Apostolus, quidquid de Sponso piæ mentes in hac mortali & fluxa vita habere possunt, imperfectum appellat: quoniam hîc odore dumtaxat ducimur, quoad in possessione felicitatis & beatitudinis missi sapore degustemus. Cum venerit (inquit Paulus) quod perfectum est, euacuabitur quod est ex parte. Nam siue de fide sit sermo, siue de charitate, siue de spe, quibus virtutibus tum etiam & multarum rerum cognitione ali-

mur, & sustentamur in hac vita, omnia ex parte sunt: hoc est, nondū plenè perfecta. Nam est in his omnibus odor quidam diuinus, qui euacuabitur, cum accesserit tempus degustandi saporem. Neque enim beati illi Spiritus egent odore aliquo, ad inuestigandas Sponsi virtutes, magnitudinem, præstantiam, excellentiam, quos sapor ipse abundantissime explet. Sponsa igitur, postquam oris oscula expetebat, & amores Sponsi omnibus oblectamentis prætulit, & de odore Spōsi & fragrantia pauca quædam dixit, iam inquit præsentis carmine. [ Oleū effusum nomē tuū ideo adolescentulæ dilexerunt te. ] Quo loco, nomine olei, quodcūque genus vnguenti preciosissimi & fragrantissimi odoris, accipiendum, vt est à nobis superiori carmine annotatum. De vnguentis igitur Sponsi proximè superiori carmine dixerat: odor vnguentorum tuorum super omnia aromata. Sed quoniam potest vnguentum aut vase aut pyxide circumclusum detineri, potest etiā & diffundi: Sponsa, quò, magis dignitatem & nomen Sponsi diuinis quibusdam laudibus celebraret & amplificaret, [ Oleum (inquit) est nomē tuum sed effusum: ] hoc est, quod possit mortales omnes, & quia odoriferum, tum verò maxime quia diffusum, in tui admirationem, cognitionem, dilectione que pertrahere. Nunquā mihi probari potuit illorū, circa sacras literas interpretandas, curiositas, imò superstitio, qui si semel vnguenti nomen exempli gratia in eisdem literis deprehēderint, statim multa de vnguento philosophātur, iuxta vires oēs & proprietates quæ vnguento conueniant: vt quoniam vnguentum adhibetur ad vegetanda & solidanda membra, vt in athleticis, &

ad

ad restituendas vires labore defatigatis, & vulneribus etiam medendis, & Spōsa nomen Sponsi vnguēto affimulat, accipiendum sit vnguētum, iuxta has omnes proprietates. Nulli obscurum est, Spōsum corroborare interiores nostri animi vires, ad obeundas functiones suas, & eis etiā animis, qui sint virtutis studio & exercitatione defatigati, retumēdis viribus sæpius adhiberi vnguēta, nullumque esse morbum tam exitialem languētis animi, cui Spōtus hoc etiam vnguēto mederi non possit. Sed vt hæc omnia sint vera, adhibendus est tamen delectus, & magno cū iudicio tractanda res est, vt quātum fieri potest, in interpretandis sacris literis, & ad veritatem ipsam accedamus, & nihil illis inferamus violentiæ. Nemo igitur qui non sit sacram literum prorsus rudis, odorē in literis sacris figurato sermone, & nominis claritatem, & celebritatem, & splendorem significare dubitabit.

<sup>2. Cor. 2.</sup> Paul. posteriori ad Corint. epistola. Bonus odor Christi sumus, & iterū. Odorem suum manifestat per nos omni loco. Vndē & cum cuiuspiam famam exploramus Latine odorari nos dicimus: & bene olere, & male olere eos, qui aut optimo nomine & præclara fama sunt, aut qui aduerso morbo infamię laborant. Spōsa proinde, quoniam odorem fragrantissimum tanquā preciosum vnguētum Sponso suo tribuebat: quoniam erat suapte natura expetibilis: quoniam id non satis erat ad aliciendos mortales homines, ad pertrahendas adolescentulas, hoc est, rudiores mētes, & hebetiores, in amorē & cognitionem sui: præsentī carmine declarat, Sponsū, & vnguētum quidē esse, & illius nomen vnguētum fragrantissimum, non tamen angusto

aliquo vase inclusum, sed diffusum potius, cuius odor in omnestotius orbis partes penetret. Id vt intelligas Christiēne lector (nā est, vt dixim⁹, hoc Epithalamium totius Scripturę sacrę veluti Metaphysicę siue diuinior scientia) aduertito, Deum Op. Max. ante conditum orbem vnguētum quidem fuisse & præstantissimum, sed nōdum suauissimi odoris, Erat quidem Deus, erat Sponsus amabilis, expetibilis, oēs tñ intra se cōplectebatur rationes amoris. Erat quidem vnguētum, sed nondum effusum: tunc verō cœpit diffundi vnguētū hoc, & latissimē diffundi, cū vniuersi huius machinā molitus est, cū & hominib⁹ & angelis apertius declarauit, quātū posset is, qui de nihilo tantā rerum varietatē condidisset, quā esset eximia sapientia illius qui cōditis rebus iuxta cuiusq; captum & naturā, virtutes, & facultates operandi indidisset. Quib⁹ omnibus magnā de Deo ac celebrē opinionē adolescentulę concepēre, & apud gētes omnes, quātūuis barbaras & immanes nomē celebre adept⁹ est Spōsus. Quis em̄ ad diuinos amores aspi-raret, si vnguētū hoc intra sua vasa reclusum, nullū de se præbuisset odorem? Quis summam illam pulchritudinem diligeret, si non speciē aliquā suę venustatis totius orbis creatione exprimeret? Ergō cū audis Mosē dicentē. Terra autē erat innanis & vacua, & spiritus Dñi ferebatur sup aquas: vnguētū audis sed nōdū effusum. Cū verō Deum inducit dicentē. Fiat lux, & fiāt luminaria, & producat terra herbam virentem, & faciamus hominē ad imaginē & similitudinē nostrā, audis iā nomē Sponsi instar vnguēti fragrantissimi ea ratione diffundi, vt adolescētulæ, hoc est, quæcunq; mortalium men-

Gene. 1.

Rom. 1.

tes nullam patradi criminis possint habere excusationem, si ad cognitionem Sponsi, & amoris illius oscula atque cōplexut nō cōnnitātur magno opere. Cōgruit huic loco id quod Paulus Aposto. scripsit. Inuisibilia Dei, per ea quæ facta sunt, in intellecta conspiciuntur, sempiterna quoq; virtus eius & diuinitas: ita vt sint inexcusabiles. Et, quod notū est Dei, manifestum est in illis: Deus enim illis manifestauit. Quis obsecro, rebus illis quas philosophi in primo gradu constituebant, sic essentiam cōtulit, vt tamen non vita, non mēte, nō sensu donaret? Quis arbusculis & plantis vitam sine sensu largitus est & sine mente? Quis brutis animātibus sensum sine ratione dedit? Quis naturam omnium animantium sic temperauit, vt vltra plantas dignitate suæ naturæ progredierentur, & tamē ad excellentiam hominis nunquam attigerint? Quis hominem ad tantam sublimitatem euexit, vt præter essentiam, & vitā, & sensum, & mentem habeat, & suarum actionum liberam potestatem? Quis præterea omnia ista ita conseruat, fulcit, gubernat, fouet intra limites suæ naturæ, vt omnia citra confusionem aliquam stabilia maneat, & impermixta? Nonne cuiusuis mentis, etiam inertissime, is odor diuinæ potentia, sapientia, bonitatis, cognitionem & amorem possit excitare? Hūc spectat carmen illud regij Vatis David, quo profusionem etiam huius vnguenti, & Sponsi famam & claritatem celebrat, vel ab ipsa cœlorum machina, venustate, ordine, concentu. Nam postquam dixit, cœli enarrāt gloriam Dei, & opera manū eius anūciat firmamentū: dies diei eructat verbū, & nox nocti indicat scientiam: statim adiecit. Non

Psalm. 18.

sunt loquellæ neque sermones, quorum non audiantur voces eorū: hoc est. Nulla gens est, nulla lingua, quæ non exaudiat vocem illam cœlorū, apertum testimonium illud diuinæ potestatis, sapientiæque diuinæ. Ad eō (inquit) nomē diuinū, instar vnguenti vbiq; terrarum diffusum est, vt perpetuò reboet vox illa cœlestis, omnibusq; duret locis incorruptus ordo, aciesque pulcherrima syderū. Tam clara est, & tam certa ista cœlorum attestatio, vt apud omnes gentes sit notissima. Et subiecit illico. In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Quasi dicat. Vbiq; tractus cœlestis patet, torum replet orbem illorum harmonia, non illa Pythagorica, sed illa quæ sine vocis dulcedine, dulcissima est, atque temperatissima. Hoc odere diffusi vnguenti, inter cæteros Cicero lib. de nat. deorū, ad Sponsi cognitionem excitabatur quodammodo, cum asserebat. Dei cognitiones nostris animis impressas, & satis diuinam virtutem apud mortales homines declaratam, cum persensione rerum futurarum, tum etiam & magnitudine commodorū, quæ percipiuntur, cœli temperatione, fecunditate terrarum, aliarūque commoditatū copia, fluminibus præterea & tempestatibus, grandinibus, pestilentia, terremotibus præter naturam hominum atque pecudū, motus præterea æquabilitate, cōuersione cœli, Solis & Lunæ, syderumque omnium distinctione. De quibus omnibus aperta habemus testimonia in Leuitico, & in Deuteronomio: et in Psalm: & insolentia illa, quibus Deus iram suam cœlitus declarare solet, frequenter apud Prophetas. Salomō ergo quasi causam & rationē reddidit, propter quam adolescētulæ,

Cic. li. de  
na. deo.

Leui. 16.

Deut. 18  
Psalm. 104

tulæ, hoc est, mētes omnes Deum & Spōsum, & cognoscere debeāt & diligere; quoniam eius nomē est veluti vnguētum effusum ab ipsa totius orbis creatione. Quod si sacras literas, omniaque diuinę philosophię volumina curiosius euoluas; inuenies, ab orbe cōdito huic negotio Deum Optimū Max. omnem semper operam nauauisse, vt illius nomen instar vnguenti diffusi mortaliū mentes ad sui amorem & cognitionem excitaret. Sacrificia Chaiu respuebat, oblationes Abel libētī excipiebat animo: propter grauissima & nefāda hominum scelera totum orbem tanquam postrema affecit clade; viros Sodomitas igne cœlitus demisso tēporis mōtō ab sūpsit, cū tota ratio verę religionis iā fermē esset dilapsa: Abrahā à cultu Idolorum reuocauit, celebręque cū illo pepigit fœdus: quib⁹ omnib⁹ illud potissimum contende-  
 bat Spōsus; vt illius nomē instar vnguenti per totum orbem diffunderetur. Chaldæus interpres istam profusionem vnguenti & nominis claritatem refert ad ea tempora, quando filij Israel in Aegypto misera premebantur seruitute, ad perpetuas operas luti & lateris damnati. Neq; abs re. Tunc enim cū populus ille, & dæmoniorum cultui esset mancipatus, & regni Aegyptij dementiæ & stultitiæ seruiret, misit illi liberatorem Mosē, qui in pristinam libertatē populū Dei assereret. Adeo autem erat vnguētum hoc intra angustissimum vas conclusum, vt nullum iam sui penē præberet odorem. Nulla penē gens erat, quę certa veraque teneretur religione: omnis pietatis ratio, totusque diuinus cultus, & denique diuinū nomen, fama, opinio, & estimatio, prorsū fuerāt sublata. Nam quid credendum sit de alijs

gentibus, cū ipse Dei populus, penes quē fuisset antiquitus totus religionis apex, Deū ignoraret, tātaque caligine ignoratię esset immersus, vt dicente Dño ad Mosē, vade dic filijs Israel: &, hæc dicit Dominus: respondit Mosēs: si dixerint mihi, quis est Dñs, quid dicam illis? Respondit. Ego sum qui sum. Quibus verbis & vnguētum hoc fragrantissimum, aliquod sui cœpit odorē præbere, cū vel ipsas primas notiones humanis mētib⁹ impressas declarauit dicens, qm̄ De⁹ est qui est. Multo tamē apertius hoc vnguētum sui odorē diffudit, cū Aegyptios, vt Israeliticū populū in libertatem educeret, tot portētis afflixit, tenebris scilicet, ac densissima caligine, aquis in cruorem conuersis, ita vt nullū sui potuissent præbere vsum: cū populū ipsū Aegyptiorū postrema affecit clade, primogenitorū interitu: primogenitorum inquā, & hominū & pecorū: denique cū per Mare Rubrū fluctibus in vtranque partem dimotis, & Dei populus sicco transiit vestigio, & regius exercitus aquarū impetu fluctibus coeuntibus, summersus est. Sed & illud mihi magnopere probatur, quod idē Chaldæus interpres vnguenti istā diffusionem, & nominis diuini claritatem, ad ea tempora accomodandā censet, cū diuinis legibus & institutis Israeliticū populū in mōte Syna formauit ad pietatem. Nā tamen si reb⁹ creatis, & totius naturę opificio Deus Op. Max. odorē suum, hoc est, apertā suarum virtutum notitiam mortalibus cōtulerit, & multis prodigijs, exemplisque suę iustitię torpentes animos ad sui amorem & cognitionem excitauerit: sed multo magis legum diuinarum institutione, sancitis & decretis diuinis, claritas diuini nominis

B 4 & hu-

Psal. 18.

& huius unguenti diffusi odor in totum orbem penetrauit. Vnde & regius Vates David, cum diuinum nomen celebrandum & amplificandum suscepisset, ab opere creationis, tum verò maxime à concentu, & equabilitate motu cœlorum, quasi ex abrupto præcipiti cursu, transit ad diuinas leges: quasi dicas à terrenis ad cœlestia à corporeis ad incorporea, à vita mortali ad immortalem. Dixerat: Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum: sed ego (inquit Propheta) non adeò defixus sum in admirationem decoris cœlestis, vt omnibus alijs rebus cœleste præferam opificiū, (quæ admodum antiquorum plerique, qui cœlum suspicientes singula lumina deos esse crediderunt: adeò vt si Platoni credimus, inde deorum nomē apud Græcos deductam sit *ἐπὶ τοῦ θεῶν* id est accurrendo) aliud est cuius cōsideratione gloria Dei existat multo clarior, quàm ex opere creationis. Et quamuis odor totius opificij, quod in ipsa conspiciamus natura, apertum præbeat argumentum diuinæ bonitatis, & potētis, sed ad altiorē scientiam & cognitionem diuini nominis forsitam nondum attingas, nisi, animi tui puritas vbi cōsistat, vbi perfecta immortalitas existat, agnoscas. Nam vt luce cœlesti nihil delectabilius, nihil illis ordinibus moderatius ac certius intuemur, sic nihil melius sapientia & pietate, nihil moderatius ac luculentius animus experitur. Quæ tamen in diuinis legibus liceat conspiciere. Magnā fuerat Spōsus assequutus nominis claritatem, qui omnia sic temperauit, vt cœlorum cursu, qui nunquam fallitur, totam moderetur naturam: sed multò magis cum legibus & institutis voluit curius humanę vitę dirige

Plato.

re, & gubernare. Omnia in terris deficerent tenebris læthalibus obscurata, si subtrahas ex humana vita diuinas leges, aut diuiniore sapientis instituta, & densissimis tenebris animi circumfusi in miserabiles errores incurrent. Luce itaque cœlesti (inquit regius Vates) corpus viuificatur, aliturque, eaque duce, pedum nostrorum vestigia diriguntur: hac verò viuificatur animus, ducitur, & gubernatur. Nauigant homines cœlum suspicientes, Cynosuram, aut Elicē, vel ipsum cardinem oculis attendentes, scopulosque vitant, quos in latidosis undis celat mare: sed cymbam ad portum tutissimū flectere non possumus inter saxa & scopulos istius mundi, nisi diuinas leges contemplemur. Et vt paucis dicamus, omnino doctrina cœlestis, alterum est cœlum, alter sol, altera Dei gloria, alterum lumē immensum: ita vt quamuis Sponsus ab ipso naturæ opificio, magnū sui nominis præbuerit odorē: multò tamen maiorem gloriam sit consecutus, cum nouis legibus, Dei populum in monte Sina formauit. Bene proinde Chaldeus interpret istam unguenti diffusionem, & diuini nominis claritatem, & splendorem, refert ad diuinas leges. Sed unguentum hoc nondum profus fuerat effusum, cum & rerum creatione, & diuersis oraculis, & diuinarum legum institutione priscos illos ac veteres homines alloqueretur Sponsus: quibus portionem quandam sue sapientis per ænigmata, per visiones, perque somnia patefecit. Quamuis enim diuina prouidentia ita disponente, multa atque magna prophetica luce cognouerint, illorum tamen nullus vnquam vidit Deū, vel Ioan. Euangelistæ testimonio, dicentis: Deum nemo vidit vnquam. Christus 1. Ioan. 4 verò

Exod. 31.



verò postquam nostram carnē, mortalitatemque assumpsit, recondita diuinæ mentis consilia hominibus patefecit: & quanta esset diuina potentia, sapientia, bonitas, vno in incarnationis opere mortalibus innotuit, ita vt reliqua omnia opera, quæ Deo ab initio fecisset, vt vultate quodammodo & senio confecta, longo antiquitatis recessu iaceant: Vnū est incarnationis opus, in quo odor huius vnguenti diffusus maximè sentitur, in quo diuina gloria, diuinæque potentia maximè splenduit: adeo vt exorto Salvatore totius orbis, sancti cœlites nouo carmine diuinam gloriam celebrarent, dicentes, Gloria in excelsis Deo. Neque enim vllū opus aut effecit Deus, aut efficiet vnquā, ex quo maiorem consequatur gloriam. Hic enim creaturam creatori, Deum homini, mortalem immortalis, corruptibilem incorruptibili coniunxit, Et quoniam hoc facinus futurum erat adeo mirabile & stupendum, in signum & portentum vetustissimis hominibus datū legimus, præsertim apud Esaiam Prophetam dicentem, Dabit Dominus Deus vobis signum. Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel: quasi dicas, nobiscū Deus: vt intelligas, hunc esse fragrantissimum odorem & gratissimū nominis Sponsi, qui ab opere incarnationis nascitur. Et apud Hieremiam Prophetam de eodem vnguento diffusio, & odore gratissimo, & nominis Spōsi claritate dicit: Nouū faciet Dominus super terram: cuius nouitate reliqua omnia tanquam vetustate conficiantur. Ac de opere ipso admirabili inquit, Fœmina circumdauit virum. Vt omittamus, quod per Christum Iesum, ab ipso prædicationis tempore, oblata est omni-

bus vbertas gratiæ, quæ per fidem Euangelicā gratis omnia errata donat, per Christum mortem commertis pmissa est æterna vita: id quod lætissimum fuit Euangelij nuntiū. Latius proinde se diffudit odor diuinæ sapientiæ, potentiæ, tum maxime bonitatis, cum pro legis seueritate, gratia per Christū exhibita est: pro vmbri exhibita veritatis lux: cuius illè non solum præceptor sed & autor etiam venit: exhibita inquā non vni populo tantum sed etiā vni uerso orbi. Ergo partes omnes odoris huius, & profusionis vnguenti si probe animo complectaris tuo, facile sane erit Salomonis verba statim adiecta intelligere [ Ideo adolescentulæ dilexerunt te, ] Hoc est, propter ea quæ recensuimus, opera, propter odorem, & fragrantiam, quæ à condito orbe in gratiam hominum effecisti [ Adolescentulæ dixerunt te, ] hoc est humanæ mentes in tui amorem & cognitionem excitantur. Nā cum sit humanus animus præditus voluntate & ratione, fieri nō potest, vt quod ratio intentiori contemplatione commodum esse ostendit, voluntas non sequatur amādo. Quemadmodum enim cæteræ res, ijs donis & facultatibus vtuntur, quibus ab initio summus rerum opifex Deus eas cummulauit, atque id in suum commodum & vtilitatem: multo magis id efficiat homo suæ voluntatis & rationis compos. Nam quid non amplectitur ignis, vtilitatis causa, vt sese conseruet & foueat? Quid verò plantæ, quanto delectu conueniēs sibi alimentum immis radicibus trahunt? Cū ergo humanus animus inter res conditas, præcipuum obtineat locum, sit necessario, illud ratione & appetitu, cognitione, & amore lectetur, quod sibi maxime & vtile

B 5 &amp; con-

& consentaneum esse cognoscit. Sed cognoscit ex opificio rerum, ex diuinarum legū institutione, ex ipso redemptionis opere, tum etiā ex alijs diuinis operationibus, quæ nobis sacris Scripturis reuelantur, Deum sibi maximè congruere potentem esse, ob idque maximè timendum: sapientem, eiusque rei gratia constantissimè per fidem illi adhærendum: bonum, imò optimum, ob eamque rem totis viribus fragrantissimoque amore diligendum. Fit autem nonnunquam, vel adolescentularum vitio, prauaque aliqua aut diutina peccandi cōsuetudine, vt diuini nominis odorem minimè sentiamus. Quamobrem præter ea quæ diximus, excitat Deus nonnunquam adolescentulas, hoc est, hominum mentes, nonuo aliquo & fragranti odore suorum operum, nè forsam in nobis marcescat vis illa cognoscendi diligendique quod nobis cōmodissimū est. Hinc fit, vt sæpè peccatores inuitet, alliciat, ablandiatur, & cum hâc parum proficit: terreat, imperat, vexet. Vnde læpius adolescentulæ tantorum beneficiorum recordatione excitatæ, Sponsum vehementer diligunt, cum ob eas causas quas omnibus diximus esse cōmunes, quibus voluit Sponsus odorem aliquem sui mortalius præbere, creationis, redemptionis &c: tum verò maximè, ppter ea quæ cuique nostrū singulis momentis tanta liberalitate & animi promptitudine donat.

*Traheme: post te curremus.*

EX editione Græca in nostrū textū trāslatū est [In odorē vnguentorū tuorū] nam habet textus Græc<sup>o</sup> ὁ μύρωσθε ἑσὶς ὁ σμῆν μύρωσθε ὁ σμῆν μύρωσθε. Cū sit duplex in vniuersum appetitus siue duplex desiderium, al-

terum quod à natura, alterum verò quod à ratione libera nascitur, vtriusque scopus & finis præcipuus, bonum est. Vnde & Aristotelicum illud, Bonum est quod omnia appetunt. Nam in bonum, omnium rerū appetitus, quas Deus ab initio condidit, tanquā in supremum finē magno impetu feruntur. Neque mirum, si quidem à diuina bonitate tanquā ab vberissimo fonte fluxere omnes: huiusque rei gratia omnium philosophorum præstantissimus Moses dixit, cū de creatione totius orbis dīfereret: vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erāt valdè bona. Nā à diuina bonitate fuerāt pfecta, & præter naturalem bonitatē, omnia, insita proprię naturæ facultate & vi, ferebantur in bonum. Quamobrem facile liceat colligere, rebus omnibus finē aliquem præstiturum, in quo suam vnaquæque res felicitatē, suamque beatitudinem, cuius videtur esse capax, inuenire possit. Ergò in eum finem rerum omnium, natura fragiliti desiderio fertur, non minùs quam res graues solent petere ima, aut leues sursum contendere. Is igitur appetitus, in his rebus quæ cognitione vacant & ratione, desiderium appellatur naturale à philosophis. Ingens sanè testimonium & apertum argumentum diuinæ prouidentię, quæ sola potuit res omnes rationis impotes in suum finem dirigere, quemadmodum sagitta solet ab eo qui collimare contendit. Neque enim à sagitta scopus petitur, quod ab ea cognoscatur, sed sola prouidentia collimantis in rectum dirigitur. Hoc igitur appetitu naturali Sponsus ipse De<sup>o</sup> Op. Max. à rebus omnibus & desideratur, & petitur audissimè. Nam cū sit res omnis creata omneque particulare bonum vestigium quodam,

supremi

Genes. 1

supremi illius boni, qui Deus est, in omni bono quod cupitur, quod expectitur, Deum primò desiderari & expecti necessum est. Neq; eim aliud est bonum sanctorum, neque aliud bonum plantarum, quam illud quod à diuina bonitate profectum, singularum rerum capacitati destinatum est. Est ergò omnium rerum à Deo conditarum finis vnus, Deo scilicet frui, Deoque arctissimo nexu charitatis coniungi, modo quodam illis possibili: odeamque causam omnes quærunt & appetunt supremam illam dulcedinem degustare, & pulchritudine assequi auidissime sitiunt. Quò fit, vt eis etiam rebus, que rationis sunt impotes, desiderium hoc se cù Deo coniungendi, quantum fieri potest, concipiamus. Et sacri Prophetæ res omnes etiam inanimes propter desiderium hoc naturale, excitabát ad laudandum Deum, prædicandum, & annuntiandum. Nam intelligente appetitu illo naturali, quemadmodum dixit Theodorus quidam Plonicus, se illi veluti supplices offerunt, laudant, prædicant, adorant. Igitur homo præstantissimum animal, atque maioris dignitatis inter res omnes conditas, sue voluntatis & arbitrij compos, non solum appetitu naturali, verum etiam & libero, magno impetu fertur in assequutionem summi boni: quæ assequutio & modum & rationem excedit, & capacitatem omnium aliarum rerum. Salomò sapientissimus humani animi cupiditate istam vehementiore exprimit, cum inquit. [Traheme post te]. Omnes enim quicumque homines censemur & sumus, siue cum aladis opibus aut cogerendis pecunijs demus operam, siue dignitatibus & honoribus omnistudio incubamus, alius latet in his omnibus appetitus, alia cupiditas,

quam tamen si ignoremus, sed exploranti & consideranti rem ipsam vt oportet, in procliuè erit cognoscere, ea potissimum appetitione nos duci, & impelli, vt ad summi boni consecutionem trahamur, & impellamur. Et quò magis aliquis exercitatos habet sensus, & circa spiritalia magis versatur, diuinarumque rerum contemplationi crebrius assistit; eò vehementius impellitur hoc desiderio. Nam sequitur appetitus ipse facultatem cognitiuam, quæ quo altius res diuinas speculatur, eò vehementius facultas appetitiua excitatur. Hinc in sanctis hominibus, quorum imaginem refert Sponsa, crebra suspiria, lachryme, singultus, crebre precationes: quibus omnibus istud conueniuntur, vt ab Sponso, secretiori illo tractu pertrahantur, & quantum fieri potest, iungantur illi. Hinc pertinent verba illa Paulina: Cupio dissolui & esse cù Christo: Et regij Vatis David carmina anxietudinis & postremi mœroris plena: Quemadmodum desiderat Ceruus ad fontes aquarum &c. Et iterum. Fuerunt mihi lachryme mee panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus. Et illud: mihi autem adherere Deo bonum est, & ponere in Domino spem meam. Sponsa igitur summi boni rationem, & totam felicitatem, & beatitudinem in ea vna re sitam videbat, vt cum Sponso, arctissimo nexu coniungeretur: sed ad tantum munus vires non sibi suppetebant, neque ex se poterat ad tantam felicitatem aspirare, vt cum Sponso coniungeretur. Quamobrem agnita propria fragilitate, non arrogat sibi coniunctionem istam cù Sponso charissimo. Nam quæcunque anima sancta, quæ Deum colit & amat, interrim quòd in carne versatur, & corporea

Theodo.

Philip. 3

Psal. 41.

Psal. 72.

poreca mole tenet inclusa, multis rationibus impeditur, quominus rectâ ad Sponsum valeat contendere. Nâ viget hincinde domestica negotia publica, atque priuata, carnis illecebræ, voluptates, oblectamenta, reliquaque id genus alia, quæ humanam mentem distrahūt, atque discerpūt, & suo pondere ad ima deprimunt, iuxta diuinas illas voces. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & deprimunt terrena inhabitatio sensū multa cogitantem. Est deinde hic tractus, de quo Sponsa loquitur præsentis carmine, res adeo mirabilis, vt paucissimis concessa videat. Cupit enim Sponsa vehementer, sic à charissimo Sponso trahi, vt à rebus corporeis, & visibilibus, quæ apud stultum vulgus magno habentur in pretio, prorsum diuisa, & abstracta, tantum cogitet de Sponso, illum diligat, amet nullam carnis curam perficiendo, nō magis quam si soluta esset corporea mole. Est tractus quidam multis communis, adolescentulis etiam, & parū exercitatis animis, qui fide & dilectio, ne constat non adeo flagrant, sed tepida quodammodo & languenti. Hic vero tractus, de quo Spōsa agit præsentis carmine, eorum est, qui res omnes corporeas, fluxas, & perituras à se abdicarunt, id quod in Paulo liceat conpicere, cuius anima vere appellatur Sponsa. Non contemplatib⁹ nobis (inquit) quæ vidēt, sed quæ non videntur. Et iterum quæ retro sunt obliuiscēs ad anteriora extendendo. Et illud: omnia arbitratus sum tanquam stercorea, vt Christum lucrifacerem. Is igitur animus, à rebus corporeis & visibilibus seunctus, aut sepositus, atq; animus Paulinus gaudet, & assequutus est hunc tractum, de quo præsentis carmine loquitur Sponsa, [Trahe me post te.]

S. p. 96

a. p. 141

a. p. 141

a. p. 141

2. Cor. 4

Phi c. 3

Est itaque aliquid supra ipsam mandatorum Dei obseruantiam. Nam postquam impleueris omnia quæ in lege tibi proposita sunt obseruanda, enixissime cum Sponsa temper tendendum est, [Trahe me post te.] Vt enim in externa philosophia nondū ille summus habeatur philosophus, qui in intum opificium totius naturæ penetrarit, omniumque rerum virtutes probe tenuerit, nisi ad eam partem accesserit, quam metaphysicam appellat: ad eūdem modum in hoc philosophiæ genere neque ille habeatur summus philosophus, qui diuina mandata expleuerit (quod iuuenularum est) nisi ad Metaphysicam istam diuinā accesserit, quæ iam non de progressu ad Sponsum, sed de cursu disputat. Nâ tota Christiana vita cursus appellatur à Paulo, quoniam ad perfectionē semper con-

Simile.

1. Cor. 9.

2. Cor. 3.

atque

atque productus est nulla re deforis patrocinate in sublime ferri; terræ glebam deorsum ruere, & petere ima: plâtas & vilia oluscula per se suscipere incrementa: formicas videmus melsis tempore alimenta cōgregare: apes suis temporibus fabricare domicilia: araneas telas, irundines nidos cōficere, sola natura duce: atque idem sit de singulis rebus iudicium. Si igitur vilissima quæque proprios fines nullo externo adminiculo assequi possunt, qui fieri potest, ut diuinum animal rationis & mentis compos, proprium finem attingere non possit nisi Sponsi numine tractū & impullum? Sed horū technas dissoluit Sponsa, cum propriam imbecillitatem professa, clara & aperta voce orat Sponsum, [Trahe me post te.] Itaque si rerum sensibilibus bipartitam constituamus perfectionem, facile horum argumenta diluamus. Est altera perfectio, quam vnaquæque res suapte natura assequi potest: altera verò, quæ externo adminiculo adipiscitur. Exemplis fiet tota res apertior. Appetunt brutæ animantes, bos, asinus, equus, pabula & stramina, propriumque corpus saginare, seruareque incolume: atque is finis illis est à natura præstitutus: sed non in eum finem dūtaxat prouida & sagax natura hæc animantia produxit. Nam quemadmodum humani corporis membra, ita etiā Vniuersi partes produxit, ut aliæ aliarū causæ existant. Quò fit, ut supremus atque præcipuus finis eorū animantium, de quibus diximus, sit humanis vltibus inseruire. Asinum habemus ad ferendas sarcinas, ad equitandum equum, ad aratrum terramque prociendendam bouem. Duplicem ergò & equi, & bouis, & asini finem liceat intueri: quorum alter ad illorum tan-

tum commoda spectat, ut sana seruentur & integra: alter ut diuini animati homini scilicet seruire possint, quò condita sunt à Deo. Prior è ergò illam perfectionem siue finem potuerunt assequi citra alterius præsidium: nam instinctu quodam naturæ, & conuenientia petunt, & aduersa refugiunt, id quod in agrestibus animantibus minimequæ cūcuratis liceat aduertere: posteriorem verò illum finem, & supremam horum animantium perfectionem, ut diuini animantis obsequijs pareant, per se consequi non possunt, nisi extrinsecus adminicula quædam & adiumenta adhibeamus. Nam ob eam rem asino adhibetur stimulus, & quo trahatur capistrum: citra calcaria verò & frænum ad equitandum non erit idoneus equus: neque aptus ad arandum sine iugo & aratro bos. Pari ergò ratione nobilissimū animal priorem illam perfectionem, ut seipsum seruet incolume, ut contraria aliqua fugiat, conuenientia aliqua prosequatur, poterit suapte natura adipisci, quemadmodum reliquæ animantes: posteriorem verò finem, ut ad nobilissimū vitæ genus impellatur, iungaturque Deo, citra fauorem Numinis & Sponsi non potest: id quod Salomon Sponsæ nomine a parte proficitur dicens, [Trahe nos post te.] Nec philosophandum nobis est cum plerisque qui magnum arbitrantur latere mysteriū in his vocibus, [post te.] Est enim Hebraismus (quasi dicas) trahe nos ad te. Explicuit verò Salomon paucis his verbis, [Trahe nos post te,] difficultatē illam, quæ non solum apud theologos, verum etiam & philosophorum scholis diu fuit ac multum agitata: nunquid cū virtus aliqua superior ad nos descendere dicitur, ita sit intelligendum, quasi

quasi à sua sublimitate se demittat, aut quasi nos ad se ipsam in altū erigat, sursum eleuet, & sibi arctiori cōiungat vinculo. Huius ergo rei difficultatem sapientissimus Salomon aperit cum inquit, [Trahe nos post te.] Cum Sponsus (inquit) Sponsæ, hoc est, sanctæ animæ copulatur, nō ille à sua sublimitate descendit, sed Sponsam potiùs ad se rapit, & occulta quadam virtute sibi coniungit. Quò fit, vt sepius in archanis literis Deus ad nos descēdere dicatur, cum nos ad illum ascēdimus: & illum ad nos venire, cum tamen nos illius beneficio, & secretiori influxu ad illū contendamus. Hæc ergo coniunctio spiritualium rerum non ita fit quæ admodum vulgus existimat, quem admodum etiã res materiales & corporeæ iungūtur, quæ situ, & loco, & approximatione egent. Eadem igitur virtute Spōsus ad nos descēdit, qua ad se trahit, & rapit: obeaq; causam Salomon sapienter satis dixit: [Trahe nos post te.] Sequitur statim. [Curremus.] Quo vno verbo magnum nobis ad disputandum & late patentem campum aperuit. Neque enim dixit trahe nos post te & veniemus: sed [Trahe nos post te, curremus:] hoc est, si traxeris, si rapueris, non veniemus tantū, sed & curremus. Triplex igitur erit virtus, aut facultas qua ad Deum properamus, & contendimus: altera naturalis est, de qua superiùs disputauim⁹, quæ tñ non sufficiat, vt in Spōsi ruamus amplexus. Est altera diuina virtus, & facultas qua impellente, & instigante, ad Sponsum imus, sed lento gradu & veluti testudineo, id quod proprium est earū animarum, quas Salomon adolescentulas vocat. Quibus satis esse videtur, si Dei mandata expleant, quamuis repide, & osci-

tanter quodammodo. Qui eiusmodi sunt, veniunt quidem ad Spōsum, nondum tamen currunt, nondum enim accessere ad vigorem spiritus, neque internum animi feruore sunt adsequuti. Tale est vt in plurimū Christianorum vulgus: & utinam vel ista mediocritate consisteret, vt vel lento gradu ad Sponsum irent. Sponsa autem quoniam sanctas animas refert (qualis erat anima Pauli, & Francisci) non tantū cupit venire ad Sponsum, sed omnem potiùs videtur nauare operã vt currat: hoc est, vt concito gradu, properanter, & celeri cursu ad Sponsum perueniat. Obeamque causam nec naturali virtute cōtenta neque secūda illa quæ in mediocritate consistit, præstantiorem quandam petit virtutem, qua possit festinare, & currere. Illud enim proprium esse videtur eius animæ quæ Sponsa appellatur, vt quamuis celerrimo gradu ad Sponsum properet, semper tamē sibi videatur neque pedem promouere, iuxta illud Euāgelicū: Luc. 17 Cum hæc omnia feceritis, dicite serui sumus inutiles, quæ debuimus facere fecimus. Itaque & semper currunt, & properant, & perpetuò operibus pietatis incumbunt, & crebras fundūt apud Sponsum orationes, & instant prædicationi verbi, & aliorū commodis semper prospiciunt: & tamen cum hæc omnia pietatis officia sedulo, ac properanter expleant, parum de se sentiunt, & humiliter demissiori sūt animo, perpetuoq; orat eā virtutē, & facultatem sibi Spōsus impendat quæ ad currendum necessaria esse videtur. Eam autē virtutē ab Sponso dumtaxat proficisci aperte satis testatus est regius Vares, Psal. 118 dicēs: Viam mādatorū tuorū cucurri, cum dilatasti cot meū. Dilatio illa animi

animi siue amplitudo virtus est, & facultas, quæ Numinis beneuolentia & Sponsi liberalitate nobis contingit: quæ virtus necessaria ad currendū est. Cū dilatasti (inquit) cor meū, id est cū istam animi amplitudinē mihi contulisti, tunc cœpi non tantū venire, quod multorum est: non lento gradu, tardoque incessu iter arripui, sed cucurri (inquit) etiā viā mandatorum tuorum: hoc est, incredibilem quadam celeritate, seruire, studio, diligentia, tua sum iussa executus. Potsis in exemplum huius rei adducere ex Prophetis plerisque: sanctos Apostolos, Paulum præsertim, qui de hoc celeri cursu præclara edidit testimonia: potsis & Franciscum & Bernardum & alios etiā viros egregios, qui de celeritate huius cursus magnoperè inter se concertauerunt: qui sarcinas omnes fluxarum rerum, & corporearum abiecerunt, quò expeditiores essent, & agiliores ad cursum. Propria est enim amantium hominum velocitas ista, de qua Sponsa inquit, [Curremus.] Nam ob eam causam antiquiores philosophi Amorem alatum finxerunt, non solum quòd nulli consisteret, aut certum habeat domiciliū, sed quòd in actionibus Amatoris mira sit præditus agilitate. Ita que volat, non solum currit quisquis verè amat: iuxta vaticinium Esaiæ Prophetæ. Qui sperant in Domino mutabunt fortitudinem, assument pennas ut aquilæ, volabunt & non deficient. Paucorum tamē est in celum volare & tanta esse præditos pernicitate: paucorum inquam, quos æquus amavit Iupiter: id quòd raptus Ganymedis apud veteres significabat. Iupiter enim in alitem versus arripit Iliadem, ut inquit Poëta. Potuisset Sponsa de se suisque similibus

dicere, volabimus: & tamen ne videretur iactanter loqui, tantum dixit, [Trahe me post te curremus.] Cursus hic sanctorum, interim quòd in mortali vita agunt, nullum accipit finem, quousque ad Sponsum perueniant: & in illius amplexus & oscularuant: quando scilicet astricti iam charitatis vinculis nullus erit mobilitatis locus. Erunt enim cum Spōso vnus spiritus, què admodū apud Ioannem dictum est: Sint vnus sicut & nos, vnus sumus. Verbū autē [curremus] possit coniungi cū præcedentibus, ut sit sensus, [Curremus post te.] Possit & particula illa, [Post te,] referri ad tractum illum, de quo superius diximus: eritque sensus, [Trahe nos post te.] Priorem constructionem latini codices videntur habere, posteriorem Græci, Hebræa autē litera vtrāque ex æquo admittit. Sensus vtrōque constat, siue ita distinguas, [Trahe me: post te curremus:] siue ita potius, [Trahe me post te: curremus.] Si ita legamus, [post te curremus,] possit ad humilitatē Spōse referri: quæ non audeat ad Sponsi charissimi æqualitatē aspirare. Quāuis enim properanter Sponsa post Sponsum festinet, imò si pennas ut aquilæ summat, imò si trahatur & rapiatur virtute Sponsi, ita ut Ganymedis raptum imitetur: nunquam tamen, aut Sponsum anteuertet, aut penitus assequetur, ita ut propinquior fieri non possit. Hoc est enim quòd regius Vates dixit. Latum inā datum tuum nimis. Quamuis enim multum itineris confecerit Sponsa in Spōsi mādatis & iussis, semper tamen aliquid erit quòd possit præstare. Est & illud obseruandum curiosius, quòd Spōsa postquam dixit singulari numero, [Trahe me post te:]

subi-

Ioan. 17.

Isai. 40.

Psal. 118.

subitò commutato numero dixit. [Curremus.] Neque enim [patitur] Christiani hominis charitas & dilectio, vt quamuis se totum erga Spōsum veriet, reliquas animas, quas nomine adolescentularum complexus est Salomon, vel ab Sponso deficere, vel ad illum nō peruenire. Christus Redemptor noster totam legem atque Prophetas duobus est complexus præceptis, quorum alterum pertinet ad dilectionē Dei, alterū verò ad dilectionē pximi quasi dicas, alterū pertinet ad amorē Spōsi, alterū verò ad amorem adolescentularum. Sponsus autem ita diligendus est, vt tamen amorem proximorum non præmittamus. Voluit proinde Spōsa vtriq̄e præcepto facere satis: nam ab amore Sponsi nascitur vehementior illa cupiditas cum inquit, [Trahe me post te:] ex amore verò proximi nascitur sollicitudo illa ingens erga iuenculas, cum inquit: [curremus.] Hoc enim habet diuinus amor, cuius vim et naturā Salomō hoc Epithalamio explicare contēdit, quòd nihil videtur habere proprium, nihil peculiare, sed omnia potius in communes vtilitates profert in publicum. Vulgaris autem amor siue circa pecunias, siue circa dignitates & honores, siue circa corporeā venustatem versetur, suis semper lucris studet, de cōmuni vtilitate nulla cura, nulla sollicitudo. Obeamque rem quoniam Sponsa non vulgari amore sed diuino potius agebatur, postquam de se ipsa dixerat, [Trahe me post te,] quod ad propriā (vt videtur) pertinebat vtilitatem: ad cōmunia charitatis officia transit, dicens, [Curremus.] Nam in Ecclesia Christi Iesu nullus qui Sponsa Christi debeat haberi singulariter currit,

sed omnes potius ad Christum festinant, mutuo adiuuantes, excitantes, & verbis & exemplis iuxta sententiā Apostoli. Alter alterius portat onera: & qui fortiores & vegetiores sūt spiritu, aliorum imbecillitates æquo animo ac prompto ferunt, vt omnes simul properent, & currāt, ne quispam ab incepto deficiat cursu, ceruos imitati.

*Introduxit me rex in cellaria sua.*

Sponsa vultu ad adolescentulas aliquantisper verſo, de eodem Spōso loquitur, quasi illis in aurem susurrans. [Introduxit me rex in cellaria sua.] Est autem illud vehemēter obseruandum, quòd cum Sponsa de Sponso loquitur apud adolescentulas, regem illū appellat: cum autem Sponsum ipsum alloquitur, aut dilectum, aut amicum, aut charissimum, aut alia familiari & blāda colloquutione cum illo agit. Paulò inferius inquit. Ecce tu pulcher es dilecte mi & decorus. Pulcherrimè proinde exprimit Sponsa affectum & reuerentiam coniugalem. Quamuis enim Sponsa, aut vxor marito aut Sponso par sit habenda in his quæ ad coniugium pertinent, Sponsum tamen & reuereri debet, & omnem illi præstare obedientiam, & subiectionem, cum factis, tum etiam verbis. Id annotatum est à Petro Apostolorum principe de Sara quæ sanctissimum Abraham Dominū appellauit suū. Id verò maximè seruant vxores, cum de viris suis aut Sponsis apud alios loquuntur. Nam cum inter se amice & familiariter conueniunt, & sine arbitris se alloquuntur, blandas sibi inuicem appellationes tribuunt, amici



ci & amice, dilecti & dilectæ, nepotis & neptis, fratris atque sororis, & alias huiusmodi, quas amor pro tempore fingit. Igitur iuxta hanc consuetudinem conjugalis commercij, Salomon, vt videtur, præfenti loco sponfo tribuit appellationem regis nomine sponsæ, cum soleat aliàs dilectum aut fratrem illum appellare. Illud tamen est annotandum, vt quâuis **מלך** regem significet præfenti loco, & apud Hebræos, eos omnes, qui aut integræ provinciæ, aut vni ciuitati præfent, quemadmodum Salomon, Dauid, Melchisedech, Codorlahomor, alijq; huiusmodi: Spōsa tamen (vt arbitror) præfenti carmine cum Spōsum regem appellat, regis ista appellatio potius est amoris & dilectionis indicium, q̄ dignitatis. Solēt enī uxores & spōsæ cū spōsi aut mariti incidit mētio, duces eos appellare, Comites, Imperatores, & Reges nonnunquam: est que hoc genus loquendi Hispanis fœminis familiarissimum. Neque cuiquam debet videri mirū si Spōsa regē appellet sponsum, quem tamen Salomon pastorem finxit. Neque enim discedit à venustate drammatice, aut decorem negligit personarum. Nō enim regiū munus & dignitas aliena est à functione pastoris, quemadmodū indicauēre antiqui sapientes, & prifici philosophi. Frequens est enim apud Platonē, regem appellare pastorem: & apud AEschilum rex appellatur Pœmanor, quasi pastor & subditi Pœmanorium: & antiquos patres legimus, quamuis regum fungerentur dignitate, nō reges sed pastores appellatos. Et Matth. 2. Ex te enim exhibit dux qui **ποικίλη** pascet more pastoris. Sed vt ad præfētis carminis interpretationem accedamus, sponfa (vt diximus) iuenculas allo-

quitur, cum inquit, [ Introduxit me Rex in cellaria sua. ] Sed varia est huius carminis intelligentia, neque eadem est Hebræorum, aut latinorum, aut Græcorum sententia. Hebræis videtur, sponsam præfenti loco non referre apud iuenculas collatum sibi ab sponfo beneficium aliquod, vt significet, se ab sponfo intra cellaria inductam, sed potius suos apud iuenculas expressisse affectus. Nam cupiebat vehementer cellaria sponfi ingredi: de qua re statim dicemus. Itaque per imperatiuum loquitur, introducat me rex, quod pro optatiuo ab Hebræis vsurpatur, quasi dicat: [ ò si me Rex introducat in cellaria sua. ] Est autem **מרת** idem quod cubiculum interius, & intra domus recessus magis absconditum, ad quod non facile cuiquam pateat aditus. Vt. 3. Regū. In cubiculū quod erat intra cubiculum. Et partes abstrusiores totius domus significare vocem istā, satis ostendit Iob, c. 9. <sup>3. Reg. 20</sup> <sup>Iob. 9.</sup> quo loco agit de interiorib⁹ Austri. In quem locum Abemezra asserit, Stellas quasdam esse in Meridionali parte, quæ quoniam non videntur ab his, qui Aquilonarem incolunt, penetralia appellantur, aut interiora Austri, quas ego Antarticas esse crediderim. Est ergo **מרת** idem quod conclauē, totius domus interior pars, qualis solet esse vt in plurimum, quæ initiandis nuptijs solet deputari. Agitur enim toto hoc Epithalamio, de coniunctione inter Deum & hominem, illorumque amores & nuptiæ celebrantur. Obeaq; causam Salomon sapienter satis finxit spōsā vehementiori ista cupiditate actā, & veluti impulsam: vt scilicet ingrederetur intra Sponfi penetralia, quasi dicas, intra cubiculū nuptijs deputatū. Quod quidem

C dem

Plato.

Matth. 2.

dem per inde est, ac si dicat, iuxta Hebræorum sententiam, utinam me rex intra cellaria sua sulcipiat: & matrimonio & coniugio velit copulare. Nā quæ sæpius de osculis & amoribus sponsi dixerat, eadem ipsa apud iuuenulas quamuis alijs verbis exprimit, dicens. Utinam me rex admittat ad cellaria tua. Mihi verò re consideranti similis vero videtur, sponsam apud iuuenulas retulisse magna & præclara quædam beneficia, quæ ab sponso accepisset: & quasi omnia vno duntaxat beneficio complecteretur, huius meminit, quoniam eximium erat & præstantissimum, quoniam intra penetralia sponsus illam admississet. Reliqua verò omnia, quæ pertinerent ad nuptias celebrandas, & ad sacrum & diuinum coniugium, minime apud adulescentulas refert, simul ut personæ decorem seruet, simul etiam & pudorē, & verecundiam, quæ foeminis debeat esse ingenua referat, aut exprimat. Quid autem velit sponsa nomine cubicali secretioris aut interioris totius domus partis significare, facile expediemus. Aduertat itaque prudens lector, eximia illa & præclara beneficia, quæ Deus sanctis animis interim quod in mortali ista vita versantur confert, in duas partes à nobis posse distribui, quarum altera ad rationem & mentem pertineat, altera verò ad flagrantissimos, etiam amores. Ergo prior illa pars huius diuini beneficii, qua scilicet cognitione quodammodo ad sponsum peruenimus, duplex est: quarum altera versatur in atrio totius domus, ut domus sit cælum, terra, & quidquid intra cæli ambitum imò extra illius complexum continetur. Possit enim aliquis, de sponso quædam cognoscere, quæ omnibus notissima sint (ea

Paul. Aposto. nota appellat. Quæ nota sunt Dei (inquit) manifesta sunt illis, Deus enim illis manifestauit: ut Deum esse & omnia ex nihilo condita, bonum esse Deum, sapientem, iustum, reliquaquæ id genus,) tum verò cognoscere virtutes & facultates rerum à Deo conditarum, & intra totius naturæ opificium nimia curiositate, imò superstitione penetrare: harum inquam rerum cognitio, tota versatur in atrio domus. Quæuis enim aliquis, eo sapientiæ peruenit, ut disciplinas omnes, cum rationales tum phylicas probe teneat, disputet quæ cum Salomone, à Cedro quæ est in Lybano, vsque ad hyssopum, quæ egreditur de pariete, sciat cum primo pariete, quæ sint virtutes rerum omnium, ac iuxta illarum facultates singulis nomina imponat: nisi hinc gradum fecerit ad altiora, nusquam inter eos connumerabitur, qui penetralia domus regis ingrediuntur. Illud autem mirum videri debeat, fuisse plerosque qui sponsi pulchritudinem ignorarent, cognita satilquæ explorata exteriori ista pulchritudine, quæ in vestibulo domus tota posita est, & mentes & animos hominū incurrit. Et illud etiam mirandum, non paucos eorum qui naturæ arcana scrutati sunt, his sponsi diuitijs, quæ in vestibulo domus versantur, tãto perere fuisse delectatos, ut contemptis publicis & priuatis negotijs illarum contemplationi, & cognitioni se tradiderint: imò eius rei gratia plerique extemporaneo cibo contenti, quem fors illis obtulisset, se totos huic negotio commiserint vsque ad peram et palliū diuitias oēs & opes prodigentes. Sed nihil mirum est, sapientes homines exteriorē rerū venustatē tãto perere fuisse admiratos: excitabantur enim eorum animi

Roma. 1.

3. Reg. 4.

animi specie ista corporea quę sub  
 sēsus cadit, tēporū decore, cādore lu  
 cis, florū, vnguētōrū, aromatū sua-  
 neolentia, vōcū cōcinnitate & melo  
 dia: quęrebant aliud magis abstru-  
 sum & reconditum, cuius exterior  
 illa species referret imaginem: & ta-  
 men prorsus ignorabant quid quę-  
 rerent: in regiam domum, & in pene-  
 tralia Sponsi quęrebant irrumpere:  
 hoc est, aliam contemplari pulchri-  
 tudinem, aliam vocem audire, aliam  
 intueri lucem quam locus non cape-  
 ret: vocem audire, quam non raperet  
 tempus: aliquid odorari, quod non  
 spargeret flatus: & tandem illa asse-  
 qui, quę temporis edacitas non ab-  
 meret. Erant autem huiusmodi bo-  
 na, diuitię, & opes, quarum cupidita-  
 te tenebantur illi, intra cellaria Spō-  
 si, non oculis corporeis exposita,  
 quamuis illarum expressissima quę-  
 dam imago in amplissimo huius mū-  
 di theatro conspiceretur, quę sese  
 per omnes sensus ingerens, magnos  
 in omnium animos stimulos excita-  
 bat, quibus impellerentur ad viden-  
 dum ea, quę intra Spōsi cubiculū re-  
 clusa tenebantur. Erat rerum istarū  
 cognitio, tāquam primus gradus ad  
 penetralia Sponsi contemplāda: stul-  
 ti tamen, dementes & cęci homines  
 ibi metā fixere, vnde gradū facere  
 oportebat. Istorum stoliditatem, &  
 dementiam multis verbis exagitat  
 Paulus ad Romanos scribēs, id quod  
 à nobis sæpius annotatum est. Con-  
 tenti proinde istius vestibuli contē-  
 platione, nihil aliud esse opinaban-  
 tur, quā quod ipsi potuissent tena-  
 ciūs manibus comprehendere. Id  
 verò quod videre non poterant, vix  
 in partem substantiæ admittebant.  
 Spōsa igitur hos omnes præter gres-  
 sa, primum totius domus vestibulū  
 calcās, in abstrusiores domus partes

se confert, dicens. [ Introduxit me  
 rex in cellaria sua. ] Videas alios qui  
 sponsi beneficio, relicto vestibulo, &  
 atrio huius magnę domus, in interio-  
 rem magisque absconditam domus  
 partem impetum faciant. Nam quis  
 sit sponsus, quę eius bonitas, sapien-  
 tia, iustitia, &c. non solum naturali  
 cognitione, vt superiores illi, verum  
 etiam & fide, multa, magnaque de  
 Sponsi dignitate altiori ista cognitio-  
 ne sunt assequuti. Nam & esse præ-  
 destinatos, & electos, & vocatos, iusti-  
 ficatos, denique varia atque diuer-  
 sa beneficia Sponsi in eis collata  
 probē tenent, intra cubiculum ta-  
 men Sponsi nondum ingrediuntur:  
 nam per Fidem currere & festinare,  
 multorum quidem possit esse, ingre-  
 di tamen intra cubiculum Sponsi, il-  
 lius diu taxat animi qui Sponsa iu-  
 re possit appellari: de omnib⁹ enim  
 Sponsa dixerat [ currem⁹ ] qui per Fi-  
 dem ad Sponsum properant: & ta-  
 men cū de ingressu intra cubicu-  
 lum Sponsi disputat, de se ipsa tan-  
 tū loquitur dicens. [ Intruduxit  
 me rex in cellaria sua. ] Nam quem-  
 admodum Paul. ad Corinth. scrip-  
 sit aliquando: multi sunt qui intra  
 stadium cursu decertant, & quam-  
 uis tamen multi currāt, vnus acci-  
 pit brauiū. Qui igitur fide & diuina  
 ista cognitione ad Sponsum propē-  
 rant, ad interiora domus membra  
 admittuntur, nondum tamen in-  
 tra sacratissimū illud cubiculū quod  
 nuptijs ( vt diximus ) deputatum  
 est, & coniunctioni inter Spon-  
 sum & Sponsam. Hi igitur cog-  
 nitione ista intra cubiculum Spon-  
 si admittuntur, de quibus Paulus  
 Apostolus dixit. Nos autem sen-  
 sum Christi habemus. Habere enim  
 Christi sensum, idem est, quod habe-  
 re de Christo talem sciētā, tam exa-

etiam, qua nulla maior in terris mortali homini possit contingere. Aliud enim est longeque diuersum, Christum agnoscere tanquam redemptorem, seruatorem, autoremque totius felicitatis: aliud autem, eò peruenire cognitionis gloriæ, & maiestatis, & bonitatis Sponsi, ut propter exactam eius cognitionem contemnuntur omnia quæ oculis videntur, reputenturque tanquam stercora præ nimia charitate Sponsi Christi. Hoc enim philosophiæ genus illorum est, qui semel degustarunt oscula Sponsi dulcissima, & illius gratissimos amplexus, admissi intra penetralia totius domus, & reconditiора membra, quæ nuptijs deputata sunt (ut diximus.) Nascitur ex ingressu isto intra cubiculum regis, diuinius illa sapientia Pauli, eodem loco ad Corinth. scribentis, quæ homini spiritali dumtaxat contingit, de certo & exacto rerum iudicio, ita ut singulis rebus suum imponat precium. Spiritalis homo omnia diiudicat, id est, de rebus omnibus certo statuit: nam fugit quæ sunt fugienda, amplectitur quæ sunt amplectenda. Proficiscuntur hinc mortificationes illæ Paulinæ, aut instituta de mortificanda carne, de mortificandis affectibus, de sepultura Christiani hominis, de conficiendo homine vetere, de vegetando nouo, de quæ alijs huiusmodi, quæ Paulus Apostolus ab sponsi penetralibus erudiendis adolescentulis & iuueniculis, hoc est Christianis animis, deprompsit. Sic autem fecit natura rerum, ut adolescentulæ sint quamplurimæ, quæ odore sponsi tractæ & illectæ post sponsum currant: paucissimorum tamen fit cellaria ingredi sponsi. Moses sexcentorum hominum millia, sine paruulis & mulieribus, per deserta loca

1. Cor. 2.

arida & squalentia duxit: ad familiarē autem colloquium, & arctiorem cum sponso amicitiam vnus Moses admissus est. Currebat innumerabilis ille populus odore miraculorum quæ sponus fecisset in Aegypto permotus, nullus vnquam tamen voces illas audiuit, quas Moses suis auribus excepit: Ego tibi ostendā omne bonum. Cui pollicitationi nullam ego maiorem aut ampliorem inuenio in diuinis literis. Quemadmodum ergo typico illo populo accidit, ut incredibilis adolescentularum numerus curreret in odorem Sponsi, vnus tantum Moses irrumperet in ipsa penetralia, & admitteretur ad cellaria sponsi: sic semper accidit, ut iuueniculæ ad sponsum currentes in numeræ sint, quæ tamen admittantur ad penetralia sponsi paucissimæ. Si verò de gustu voluntatis, & appetitus locum interpretemur, qui sanctis animis diuino beneficio in hac mortali vita impenditur, non fuerit abs re. Interim enim quò pius animus Deoque charissimus in hac vita currit, intra cellaria quodammodo admittitur aliquando, & consolatio nis gustū veluti in transitu accipit, seu verius libat, nè tā longo itinere nimis defatigatus laboribus succumbat, aut viribus exhaustus deficiat. Quemadmodum viatoribus longiora itinera accipiētibus, opus est subinde diuersoria ingredi aliquando, ut cibo vini que hauritu vires reparent, & ad prosequendum inceptum iter vegetiores, & aciores reddantur. Est ergo (ut paucis dicamus,) hic intra penetralia ingressus, gustus quidam illius dulcedinis venturæ, quæ Sponsæ, propter summam Sponsi bonitatem & benevolentiam, & exitium fauorem, in hac mortali vita impeditur.

Exod. 11

Exo. 35

Exul-

*Exultabimūs, & letabimur in te, me-  
mores vberum tuorum super vinum:  
rebtī diligunt te.*

**Q**VI de natura vulgaris amoris  
conscriptere, variaque de il-  
lius ingenio edidēre volumina, amo-  
rem vulgarem zelotypiam esse dixe-  
rūt, aut saltē cum zelotypia mag-  
noperē esse coniunctum, neque vl-  
lum vnquam eius amoris tuiue stu-  
diosum, qui non zelotypiæ morbo  
laboraret, & quō ardentius amet, eō  
vehementius zelotypia affici: neque  
quempiam vnquam zelotypiam  
addunt incurrisse, qui non ægritu-  
dinem illā vulgaris amoris prius sen-  
tiret. Quamobrem constanter affir-  
mabāt, eundem nexum & vinculum  
inter vulgarem amorem & zeloty-  
piam se,uari, atque inter radium &  
lucem, inter fulmen & fulgorem, in-  
ter spiritum & vitam. Diuinus au-  
tē amor, neque vnquā cū zelotypia  
cōiunctus fuit, neque zelotypus pos-  
sit esse q̄ Deū amat. Benē Plato, vul-  
garem amorem rabiem appellat:  
nam vt is qui rabidi canis morsum  
perpesus est, in aqua quæ sola potest  
morbo mederi, rabidum intuetur ca-  
nem qui illum momordit: ita etiam  
amator vulgaris in his quæ lætū &  
iocundum amantem debeant effice-  
re, dolorem experitur, eademque il-  
li cruciatus, mortē denique inferūt.  
Nā quoniā vulgaris amor circa crea-  
tam venustatem & pulchritudinē to-  
tus versatur, sit necessariō, cū sit fi-  
nita & intra limites suæ nature cōti-  
neatur, si alij ea pulchritudine fruū-  
tur, ab eo qui amabat, aut qui dilige-  
bat, amator ipse summa voluptate  
& oblectamento fraudetur, quando  
venustas ipsa quam vehementer cu-  
piebat sibi eripitur. Cū sit ergō ve-  
nustas, & pulchritudo illa circa quā

versat vulgaris amor, angusta adeō,  
vt si in alterius veniat possessionem,  
alter ab illius possessione pellatur,  
vix contingat vulgarem amorem si-  
ne zelotypia esse, aut zelotypiam ip-  
sam sine vulgaris amoris cōmercio.  
Diuina autem pulchritudo, quoniā  
infinita est, & latissimē patet, neque  
intra vllas angustias concluditur: cō-  
sequitur, amorem ipsum qui circa  
pulchritudinem diuinam versatur,  
neque zelotypum esse, neque posse  
vnquā teterrimo illo morbo & egri-  
tudine laborare. Nā tametsi pulchri-  
tudinem illam ament plerique imō  
si eādē venustate fruerentur qui-  
cūque ab orbe condito geniti sunt  
mortales, tibi tamen, qui Deū amas,  
& colis, nihil eripitur, integra tibi  
manet venustas illa, integra pulchri-  
tudo. Nascuntur hinc inuitationes  
quædam piorum hominum qui Deū  
ex animo diligebant, & amabant  
ardentissimē, quibus nos excitant  
ad diligendam, colendam, ad con-  
templandam venustatem illam exi-  
miam, & pulchritudinem admira-  
bilem. Inuitat nos inter ceteros  
diuinus ille Cytharedus regius Va-  
tes David cum inquit. Magnifica-  
te Dñm mecū, & exaltemus nomen  
eius in idipsum. Quē locū pertractās  
D. August. venuste satis & elegāter,  
querit à diuino Vate, quæ sit illius  
tātā cōfidentix causa, vt pulchritu-  
dinē illā, quā ardētī desiderio expe-  
tebat, omnib⁹ exponat amādā, nec  
vereat ad eam excolēdam morta-  
les oēs nemine excepto inuitare. Nō  
pertimescis (inquit) nē forsā tanta  
amatorū frequētia, & in tāta proco-  
rū multitudine tibi eripiat qd̄ amas?  
At pulchritudo illa (inquit regi⁹ Va-  
tes) nō est eius nature, vt nō sufficiat  
omnib⁹, infinita est, æterna est, nec si  
alij datur mihi eripitur, imō qd̄ ma-

Psal. 33.

C 3 gis

Plato.

gis mirandum est, nascitur ab ista diuinæ pulchritudinis ampliori cōmunicatione, cū scilicet verus Dei amator videt pulchritudinem illam in multorum possessionem venire, gaudium quodam ingens, & profusior lætitia: adeo verus amor, diuinus scilicet, non tangitur inuidia, neque afficitur zelotypiæ labe. Id, satis indicat Salomon præsentī carmine, cū adolescentulas inducit dicentes: [ Exultabimus & lætabimur in te, memores amorum tuorum. ] Exposuit sponsa superiori carmine exitium illud & admirabile beneficium, cū dixit: [ Introduxit me rex in cellaria sua: ] cupiebāt etiam adolescentulæ in eandem cum Sponso venire amicitiam & familiaritatē: & tamen adeo sponsæ nō inuidēt, neque vlla afficiuntur zelotypiæ ratione, vt potius exultēt, & veluti tripuident, & incredibili quadam lætitia afficiantur propter coniunctissimos sponsæ amores cum sponso charissimo. Introduxit te rex in cellaria sua: sit felix & faustum beneficium hoc, semperque tibi succedat ex voto. Nam nos, quoniam spōsum non vulgari amore diligimus, sed diuino potius atque cœlesti, vehementer gaudemus, inō & gratulamur tibi fœlicitatē, vt secreto cubili in' oscula & amplexus sponsi veneris. Talis debeat esse Christiana charitas & amor Christianus, qualis hic depingitur à Salomone: atque hæc sit certissima ratio probandi charitatem ipsam, veranē sit an falsa, constans & certa, an cum hypocrisi coniuncta, si tangitur inuidia, & veluti zelotypia fraternæ gratiæ. Nam hæc non possit esse vera charitas & solida: neque hic amor deceat, non dixerim sponsam ipsam, sed neque adolescentulas. Hinc enim nascūtur præ-

clara illa elogia, quæ Paulus charitati tribuit & amorī diuino. Charitas (inquit) non agit perperam, non irritatur, non cogitat malum, cōgaudet autem bono. Scio quosdam, hæc pauca verba, [ Exultabimus & lætabimur in te. ] & quæ sequuntur, [ re et diligunt te. ] sponsæ tribuere, nō iuueculis: vt ipsa quasi rotius cœtus atq; Chori nomine spōsum alloquatur dicens: Sola memoria illius cubiuli, sola cogitatione regij penetralis recreamur, & gaudio afficimur, non ego sola sed & adolescentulæ, quæ in ipsam comitantur. Mihi verò maxime probatur, vt hæc sint verba iuuecularum. Sed siue hoc nobis probetur siue illud, illud est à nobis attentius obseruandum, quod sola memoria diuini amoris, exultationem quandam & profusorem lætitiā excitare potest in animis amatium: id vero perpetuò facit diuinus amor. Nā amor ille ferinus ( de quo sæpius diximus ) memoria expetitæ pulchritudinis potius angit & excruciat amantes: quod si aliquo oblectamento aut voluptate illos afficit, sed breuissima atque peritura. Nascitur autem grauissimus ille dolor, quem vulgares amatotes patiuntur, ab absentia rei amatæ & pulchritudinis vehementer expetitæ. Sed memoria & recordatio diuini amoris ipsam rei amatæ naturam imitatur, quæ tū maxime præsens est, cū maxime videtur absens. Nam sponsus ipse cuius amore flagrat sponsa, flagrant adolescentulæ, adeo nobis præsens est & intimus, vt, quemadmodum Paulus citauit ex Ethnico Poeta, in ipso moueamur, viuamus, & simus. Accedit ad hoc, quod præter ipsam sponsi naturam, quæ in omnibus rebus essentia, præsentia, atque potentia est, ipsa etiam recordatio diuinæ pul-

2. Cor. 13

Act. 17

pulchritudinis, & diuini amoris miro quodam modo nobis faciat illum præsentem. Vnde id quod antiquorū philosophorū literis præditū est, amorē scilicet sola memoria recreari, & sustentari, potissimum diuinis cōueniat amoribus: quorum memoria & recordatio ingens & admirabile exuscitat gaudium & lætitiā in credibilem. Attende verò quale sit futurum illud gaudiū, quod pijs & sanctis animis in cœlis repositū est, cum sponsū videbimus omnes sicuti est, quando vel ipsa recordatio vel memoria tenuis tā amplissimos fructus gaudijs & exultationis producit aut profundit. Illic enim gaudiū nascetur, sed ab ipsa clara aperta que visione diuinę pulchritudinis: nā hic dū in terris versamur, nascit̄ gaudiū & exultatio, sed ab ipsa memoria & recordatione. Obeāq; rē sanctorum fœlicitas in hac vita integra & absoluta esse nō possit, cū semper sit aliquid quod desiderent, excitati vel ipsa memoria & recordatione diuinę pulchritudinis. Hoc autē desiderium habet rationem motus, plenum autem & absolutum gaudium, quale est illud quod nascitur ab aperto conspectu spōsi, quod perfectum & absolutum est, obtinet rationem quietis. Quo fit, vt quamuis ipsa memoria, & recordatio diuini amoris & pulchritudinis ingentem pariat lætitiā, semper tamen sanctorum desiderium perpetuo versetur in motu. Quod si hæc verba (vt superius diximus) spōsæ potius, quā iuueniculis sint accommodanda, ad eundem modum possis & locum interpretari: vt spōsa quasi puellis voluisset facere commune collatum sibi beneficium, dicat, [ Exultabimus &c. ] Non ego sola exosculari cupio Sponsū, non sola amplecti, neque

sola ego ingredi penetralia: neque enim si ego fuero exosculata, si in amplexu venero Sponsi, si in cubiculum penetrauerō, non habebit alius quispiam quod amet: magna est Sponsi mei amplitudo, tanta, vt omnes animæ & amare illum possint, & admirabili pulchritudine frui. Huius sunt veritatis locupletissimi testes Moses & Paulus: quorū alter cupiebat de libro vitæ deleri, alter verò anathema esse pro fratribus, omnesque ad Sponsū Christū trahere: quamobrem omnibus omnia factus est, vt omnes, lucrificeret. [ Exultabimus ] proinde, ego scilicet atque iuencule, [ memores amorum tuorum super vinum: ] hoc est, multo magis nos oblectabit tuorum amorum recordatio, quam vinum, hoc est quā voluptates omnes, & id omne quod mundus miratur & amat. Iam verò quod sequitur, [ Recti diligunt te, ] variè à multis hic locus declaratur. Habēt Hebræa. **יִשְׂרָאֵל אֱהָבָה** hoc est, rectitudines dilexerūt te, siue diligūt te. Quo loco (nisi me meum fallit iudicium) Sponsa veluti causam reddit eorum quæ superius dixerat: siue iuenculæ, carminis illius superioris, cum dixerunt exultabimus & lætābimur in te. Ob eam causam (inquiunt,) tuos amores memorābim⁹, & magna iocunditate memorāuimus, quia rectitudines te diligunt: hoc est, quoniam rectitudines tibi sunt familiarissimæ magnopereque coniunctę: vt nomine rectitudinum & equitatum, genus omne virtutis, & absolute perfectionis significetur. Quemadmodū ergo initio Epithalami huius duos constituebamus amores, quorū alter erat vulgaris, alter verò diuin⁹ aut cœlestis, ita etiā & duas pulchritudines cōstitūamus

Exod. 32

Roma. 9.

1 Cor. 9.

tuamus necessū est, quarū altera vulgaris sit siue corporea, altera verò cœlestis siue spiritalis. Corporea itaque pulchritudo (id quod à nobis frequenter est cōmemorandum) varietas quædā est, & gratia in corpore fulgens, atque id in materia apertissime præparata, quæ ordinē & modū, & speciem requirit in corpore pulchro. Constat ergò corporea ista pulchritudo concinnitate quadā omnium partium ad inuicē. Atque hæc pulchritudinis ratio neque in Spōlo reperitur, cum partes nō habeat, iuxta diuinam naturam: neque spiritalis est pulchritudo cuiusque nostrū, cū nō magis habeat partes venustas ipsa, q̄ spiritus, aut mens, aut animus, quæ omnia sunt à materia se iuncta, ac proinde ab omni ratione partitionis. Ergò cœlestis illa pulchritudo tantū constat concinnitate & cōsensu virtutum omnium ad inuicē: qua concinnitate animus etiam humanus pulcher fit. Atque hæc pulchritudinis ratio Sponsio etiam iuxta diuinam naturam repugnare videtur, ut potè quæ cōpositionē quamdam, siue commixtionem admittat. Sed quemadmodum Scriptura sacra, ut ad nostram infantiam se attēperet, & ut diuina opera intelligamus, sæpè Deo partes tribuit & mēbra: ita etiam & virtutes omnes illi tribuimus, & quasi concētum & harmoniam omnium virtutum & perfectionum, ut illius venustatem & pulchritudinem probè teneamus. Tribuimus illi iustitiam, fortitudinem, magnanimitatem, liberalitatē, & genus omne æquitatis & probitatis, quod quidem in nullo deficiat à summa rectitudine & perfectione. Hic ergò concentus & harmonia rectitudinum & æquitarum, aut potius virtutum, pulchritudo diuina appella-

tur. Erit ergo sensus, si verba sint Sponsæ: si corporea & vulgaris pulchritudo propter concinnitatem & harmoniam partium, tā validos potest sui excitare amores, quid de tua pulchritudine ò Sponsa censendum est, cui sunt omnes virtutes & perfectiones familiarissime, quem rectitudines & æquitates diligunt? quos (inquā) excitabit amoris stimulos? Optime ergò Sponsa quasi causam subiecit eorum quæ superius dixerat, [Quia æquitates te diligunt,] Id est, omne genus virtutis & probitatis tibi coniunctum est, in quo veram pulchritudinis rationem sitam esse nullus ambigit. Si verò verba sunt iuuenularum ad Sponsam, iuxta ea quæ diximus, facile erit locum interpretari. Causam enim subiecere, & rationem, propter quam & in penetralia Sponsi fuerat admissa, & in tantā venerat cum illo amicitiam & familiaritatem: nempe quoniam rectitudines siue æquitates Sponsam diligere, hoc est concentus & harmonia virtutum omnium: quæ vna pulchritudo miro modo afficit Sponsum Christum Iesum, & ad amores Sponsæ excitat. Nam si iustus sis, non tamen pius, nō misericors, si prudēs, nō tamen iustus, denique siue virtutis aliqua ratio, aut æquitatis tibi defuit, nondum de te iure dici possit [Rectitudines aut æquitates te diligunt:] si autem accedat cumulus virtutum omnium, & concentus ille qui animam efficit verè pulchram, possit tibi iure adaptari elegium hoc: [Rectitudines te diligunt.] Atque hoc genus absolute pulchritudinis siue perfectionis antiquitus Deus postulabat ab eis hominibus, quos vnice diligebat. Sic sæpissime ad sanctissimum patriarcham Abraham: Am- Gen. 17.  
bula coram me & esto perfectus.

Possis



Possis & locū sic intelligere. Rectitudinibus diligūt te, vel dilexerunt te, antiqui patres: vt ostēdat verā rationem diuini amoris, non verbis cōstare, sed opere & exacta legis executione. Christus redemptor, Si quis (inquit) diligit me, sermones meos seruabit. Et iterū: Si diligitis me, mādata mea seruate. Et totus liber Geneseos, & quidquid in lege extrat & Prophetis, isthūc omnia tendunt, vt ostendant, diuinos amores rectitudinibus & omni genere equitatis & probitatis maximē constare.

*Nigra sum sed formosa filia Hierusalem, sicut tabernacula cedar sicut pelles Salomon.*

**V**idebatur Sponsa, & temeritatis & insignis arrogantie arguēda, vt potē quæ tantum opus, tam arduum, difficile, eximiumque aggredere, diligendi Deum & captandi amores Sponsi, qui tam esset pulcher, vt omnis æquatis, iustitiæ, & rectitudinis ratio illi esset familiarissime coniuncta. Nullus vnquā amauit, qui non vehementer cupiat idēdem amari. Potuissent proinde iuuentulæ Sponsæ obijcere. Tu cū deformis videaris, cū nigro colore sis, cū videaris turpis si tua pulchritudo cū Sponsi pulchritudine cōferatur, oportuisset insignem istā arrogantiam & tumorem animo depellere, vt cum venustissimo longēque pulcherrimo iuvene & Sponsio vellis arētissimam copulare amicitiam, & amari quēadmodū amas. Nam cum sit amoris obiectum pulchritudo ipsa & venustas, qui fieri potest, vt a pulcherrimo Sponsio diligaris, quæ sis deformis, si velis tuā pulchritudinem cū illius eximia ve-

nustate componere? Venustissimē proinde Sponsa præsentī carmine, (fœminarum more, quæ suam solēt venustatem tueri multis modis, aut excusare fœditarem) respondet inductæ obiectioni, dicēs. ]Nigra sum, sed formosa filia Hierusalem. ] Congruit magnopere id quod Salomon præsentī carmine docet sub nomine Sponsæ, cum his quæ nobiles & antiqui philosophi literis prodiderunt: pulchritudinem scilicet etiam corpoream alibi esse quærendam & inuestigandam, aliundē proficisci, & originem ducere, quā ab ipsa mole corporea. Ob eamque causam inter Platonicos magno consensu affirmabatur, pulchritudinem rem esse potius spiritalem, quā corpoream. De qua re fusiū est à nobis alibi differendum. Consensu igitur cū diuinæ philosophiæ, tum etiam profanæ, pulchritudo ipsa alibi quærenda est quā in materia & in corporea mole, quando Sponsa & nigram se appellat, & formosam. Quamuis enim corporea pulchritudo optim⁹ sit corporis habitus, qui debita quantitate atque qualitatū omnium cōuenientia maximē consistat: sed iuxta sententiam summorum virorum, est qualitatis quodam genus, cui nullum sit nomen accomodatum, quam gratiam dixere nonnulli, quæ potissimū respēdet in rebus pulchris, eamque ipsam optimi quique philosophi pulchritudinem appellarunt, tãquā ipsa sola amoris stimulos in animis intuentium excitet. Quo fit, vt corpora quædam omni ex parte absoluta iuxta priorem illam pulchritudinis rationem, totius venustatis videantur expertia: contra verò corpora quædam, quæ colore, situ, reliquisque huiusmodi quosdam patiantur defectus, pulcherrima iudi-

cetur, in quib<sup>9</sup> elucet mirabilis quædam gratia & venustas, quæ animos intuentium afficit. Attigit hoc philosophiæ genus Catulus Poeta, Epigramate quodam in Quintiam, quo ostendit, Quintiam & magnitudine corporis, & litu, & colore, reliquisque omnibus, quæ ad exactam corporis dispositionem attinent, fuisse eximiè præditam, pulchram tamen aut venustam fuisse negat: quod gratiæ illius, de qua statim diximus nullum haberet vestigium. Nam gratia illa incorporibus pulchris instar salis est, qui cibus aut condimentis gratissimum præbet saporem. Nascitur autem (quantū arbitror) gratia ista ab anima ipsa, quæ, cum lucidissima sit in materiale corpus radium quædam sui splendoris transfundit. Vnde antiqui illi theologi Cabalei scilicet in hac fuere sententia, faciem sanctissimi hominis Moisi cū à monte descenderet, adeo resplenduisse, ut filij Israel non potuerint vultum illius intueri, excitante diuinâ familiaritate radium illum lucis, gratiæ, venustatis, quorundam animis insitum. Scribit Porphyrius Plotinum, cū res diuinæ contēplaretur, splendorem quendam diuinum illius vultu frequenter emicuisse. De hac pulchritudine, quæ ab interiori radio nostris animis inserto proficiscitur, & toto vultu elucet, plerique locum illum interpretantur Salomonis lib. Ecclesiastes. Sapientia hominis illuminat vultum eius. Hæc sententia magnorum virorum forsam sedulo inquirenti occurret tribus illis characterib<sup>9</sup> nominis **□ 78**: de qua re præsentī loco nō disputamus, quod à nostro instituto nō nihil videatur alienum. Sponsa ergo colorem excusat, ita tamē vt se pulchram appellat: id quod à philosophorum placitis

non abhorret. Nam iuxta ea quæ diximus, possit corp<sup>9</sup> aliquod aut colore aut qualitate alia videri deforme, quod tamen pulcherrimum iudicetur. Eleganter proinde ac sapienter Sponsa à corporea nigredine lectoris animum excitat ad querendā veram pulchritudinis rationem, quæ siue corporea sit siue spiritalis ab animo semper proficiscitur. [Nigra (inquit) sum, sed formola, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis.] Duabus rebus se assimilauit sponsa, vt colorem excusaret, & notam sceditatis depelleret. [Nigra sum, sed vt tabernacula Cedar, formola sed vt pelles Salomonis.] Sūt qui velint nigredinem sponsæ ad vtrunque membrum orationis referēdam, vt sit Iesus. Nigra sum vt tabernacula Cedar, & nigra vt pelles Salomonis. Quorum sentētia quamuis possit vt cuique tolerari, mihi tamen probari non potest, cū iuxta veritatem Hebræā cortinis Salomonis potius quā pellibus se assimilauerit, quas credendum est fuisse pulcherrimas, & ingenti artificio elaboratas: præsertim cum lectuli Salomonis, diuinis literis, inter reliquas opes atque diuitias, frequens sit mentio. Quod si ad cortinas referatur tabernaculi, opera & industria Moisi diuinoque iudicio fabricati & inuenti, vt quidam volunt, non video qua ratione possit nigredo sponsæ huius cortinis assimilari, cum fuerint illæ ex bysso lino candidissimo delicatissimo q̄ cōtextæ. Tabernaculū vero (inquit De<sup>9</sup>) ita facies, decē cortinas de bysso retorta &c. Sed siue ad cortinas huius tabernaculi, siue ad lectulū Salomonis verba sponsæ pertineāt, duo mihi videntur dicenda: alterum est, nigredinem sponsæ conferendā cū tabernaculis Cedar: pulchritudinem

Exo. 16.

verò

verò, cum pellibus Salomonis: alterum verò, nomine pellium intelligédas esse cortinas lectuli: ná vox Hebræa **קַרְיָוִי** sagum & cortinam significat. Neque tamen ob eam causam malè vertit noster interpres: ná quoniam eiusmodi cortinæ apud veteres ex pellibus frequenter fiebant, pro cortinis vertit pelles. Obeamq; causâ trãslatio nostra Psal. 104. pro velamine aut cortina, pellem traduxit: extendens (inquit) cœlum sicut pellem. Venustissimè sanè sponsa suam pulchritudinem ructur, vt & nigredinem conferat cum tabernaculis Cedar, & pulchritudinem ipsam cum Salomonis cortinis, quæ essent pulcherrimæ. Cedar (vt constat ex historia Genesis) filius fuit Ilmalis: illiusq; posteritum causa prædandi, tum etiam causa pascendorum pecorum, in tabernaculis semper & tentorijs habitabant: quæ vrgentissimo solis ardore, cui semper erant exposita, illorumq; regionem vehementer infestabat, incredibili erant nigredine obducta, & arida terra & arenosa, & solis exusta ardoribus. Salomonis autem cortinis pulchritudinem suam assimilat: nam præter hoc quod cortinæ illæ (vt diximus) pulcherrimæ fuere, habet incredibiles quosdam amoris affectus, quod suam pulchritudinem cortinis lectuli Salomonis assimilet. Nam perinde est, ac si pulchritudinem suam latenter insinuet dignam quidem fuisse Salomonis lectulo. Hæc diximus quantum attinet ad literam, iuxta singula verba & dictiones, quibus sponsa utebatur ad asserendam suam pulchritudinem. Hominis animam ad Dei similitudinem factam, non solum literæ sacræ, sed antiqui philosophi prodidere. Nam Psellus de Chaldaicis oraculis inquit: (quemad-

modum liber Moyfi) ad imaginem Dei finxit hominem. Sic & Chaldaica sententia pronuntiat, mundi huius opificem suæ naturæ solum animis hominum inseruisse. Proclus inter Platonicos celeberrimus asserit, mentem hominis imaginem esse primæ mentis. Neque illud solum à veteribus philosophis proditum est, humanam mentem imaginem esse mentis diuinæ, sed illud etiam, hominem intellectu & ratione dumtaxat hominem esse. Hæc sententia vt Plutarchus inquit, Homeri fuit. Idem etiam censet Socrates: quem Marcus sequutus pronunciauit corpus esse quasi hominis receptaculum. Sic Epictetus Stoicus, & eum sequutus Simplicius, & Syrianus. An verò idem sit imago & similitudo diuinæ mentis in nobis, an potius inter se diuersa, non satis inter patres antiquos conuenit. Cyrillus autumat, idè prorsum esse imaginem quod similitudinem: Contra verò Gregorius Nyssenus, Horum atque aliorum sententias, quia infinitæ propè sunt consultò omittimus. Illud tantum à nobis curiosius est obseruandum, pulchritudinem istâ, de qua loquitur Sponsa, imaginem esse diuini vultus nostris animis impressam: quæ cum à pulcherrimo creatore inserta esset, nõ potuit non efficere nostram animam venustissimâ. Ad eam rem comprobendam, sufficiat Mercurij Trismegisti sententia. Pater (inquit) omnium mēs, cum vita esset & lumen, peperit hominem sibi similem, quem amauit tanquam propriam prolem. Erat enim pulcherrimus cum paternam teneret imaginem. Hæc igitur imago, hæc diuinitatis symbola, siue scintillæ, quibus in rebus perspiciantur, & quibus potissimum constet hæc similitudo diuini vultus, de qua disputamus, magna est

Gene. 1  
Chaldæ

Proclus

Plutar-  
chus.  
Homer  
SocratesEpicte-  
tus.  
Simplic  
Syrianus.

Cyrillus:

Gregor.  
Niss.Trismeg-  
ista.

Psellus

est inter doctores controuersia. Sunt qui uelint, uita, æternitate, & libertate arbitrij cōstare. Nam sunt in Deo idem, esse & uiuere, imò & beatè uiuere, est ille æternus, & summa etiã præditus libertate. In animis autem nostris, idem profus uideretur esse & uiuere, quando inter se nulla ratione queunt diuidi: & uita animus noster appellari possit, qui uiuit uita non aliunde infusa, hoc est, nõ ab aliqua re creata: unde & corpori immersa uitam præstat, cuius præsentia non tam uita, quam uiuēs corpus appellatur. Et quãuis humana mens non acceperit à primogenitore tantam uenustatem, ut esse, & beatam esse, non poruissent diuidi aut secermi, quemadmodum in Deo: sed illud accepit suæ naturæ conditione, ut beata esse possit: id quòd eximix dignitatis est, & diuinæ similitudinis expressissima quædã imago. Habet & humana mens suam æternitatem, quæ diuinam illam uehementer imitatur. Nam quamuis Apostolus constanter affirmet, vnum Deum esse immortalem: sed nõ ita est Apostolus intelligendus, quasi aut cœlestes illi aut hominum animi possint aliquãdo interire. Illud uoluit Apostolus (ut arbitror) immortalitatis nomine declarare, Deum nullis vnquã mutationibus esse obnoxium. Illa enim æternitas & immortalitas integra censenda est, quæ quemadmodum ab interitu & corruptione, ita etiam ab omni mutatione est aliena. Est enim mutatio omnis, siue motus, imitatio quædam mortis, de qua re longius à Philosophis in Phisicis disputatur. Itaque Deus quoniã immobilis profus est, iure ab Apostolo immortalis appellatur. Proprium est enim illud Dei elogium: ego dominus & non mutor. Animus

enim noster, quamuis immortalis habetur, & sit, uanitati tamen utcumque subiectus est, eum cæteris creaturis. Nam varijs affectibus immutatur & raptatur uicissim hinc inde, tanquam tyranno & satellitibus: uitam tamen exuere nunquam potest, magis quam essentiam. Gemina ergo naturæ uicinitas, & uitæ & æternitatis, mentem humanam (hoc est Sponsam) & uenustissimã facit, & Sponsio persimilem. Sed illud magis facit & admirabilem & uenustã, quòd libertate arbitrij prædita est. Nam est illa arbitrij libertas, diuinum quodã lumen in mente humana perfulgens, tanquam gemma quædam in auro. Omnia enim quæ circa animi habitum, e regione se respicere uidentur, censorius hic oculus tanquã arbiter discernit semper in eligendo liber. Quò fit, ut liberum appellet arbitrium, nam reliqua omnia cæco quodam motu & impetu sine libertate feruntur. Decet enim illis hoc iudicij instrumentum. Sola rationalis anima hoc habet cum sponso commune, quã quibusuis rebus propositis liberè potest de illis & statuere & eligere. Non desunt qui pulchritudinem istam seu uenustatem humanæ mentis credant esse, potestatem illã concessam in corporearum rerum natura, qua præest piscibus maris, & uolatilibus cœli, & bestijs etiam uniuersæ terræ: quamuis non negent, alteram partem & præcipuam huius imaginis rationem esse, seu sapientiæ sedem, qua homo inuestigat naturalium rerum uires, reperit artes faciètes ad ingeniorum cultum, ad institutionem uitæ & morum, atque à toto genere ad communem uitæ usum, quarum aliæ cum suis etatibus transierunt, aliæ repertæ nouè prodierunt, aliæ cum sæculo mundi duranti quæ per

2. ad Ti  
mo. 1.

Malac. 3

Gen. 1.

per omnes gentes, perque omnes etates in cumulum conferunt tot utilitates, nihil post Deum infinito similius comperies. Hæc igitur imitatio infinitatis cuiusdam, quæ nascitur ex seminario illo, quod homo ad imaginem Dei conditus est, mentem nostram efficit venustissimam & pulcherrimam. Ergo (siue hæc sit imago diuini vultus, siue illa superior, de qua disputauimus, quæ constabat simplicitate essentia, æternitate vitæ, & arbitrij libertate) est & illud curiosius aduertendum, aliam esse similitudinem sponsæ cum sponso, quæ constat, non facultate & potentia, sed ipsa potius exercitatione: vt cogitatis, actionibus, verbo, opere: quæ omnia Paul. Apost. postquam ad imitationem Dei gentes excitabat, vno verbo complexus est, dicēs. Vt cognoscatis quæ sit voluntas Dei beneplacēs & perfecta: & Moses qui deum dicebat Sancti stote, quoniam ego sanctus sum. Et Christus rex noster, estote perfecti, sicut & pater vester coelestis &c. Nā de cōformitate ista, quæ in ipsa exercitatione sita est Christus dicebat. Ego quæ placita sunt ei facio semper. Et, nō potest Filius facere à se quispiam, nisi quod viderit Patrem facientem. Nam quæcunque fecerit Pater, hæc & Filius similiter facit. Habes igitur duas venustatis partes, quarum altera nobis natura ipsa ingenita est: quæ pulchritudo nulla ratione in nobis possit exterminari: nepe quod sumus, quod ad æternitatem conditi, quod libertate arbitrij gaudemus, quod in res omnes conditas accepimus imperium, quod infinita quædam & excogitamus & molimur. Sed quoniam posterior illa partis imago, quæ absoluta exercitatione & perfectione quadam constat, vicinio-

rique conformitate cū sponso, & deleri potest, & extingui per peccatū, potestque mens humana supra venustatem illam natiuam inducere peregrinam quandam qualitatem sceleris & flagitij, quemadmodum accidit peccato primi parentis, contingit etiam & singulis sceleribus, quibus leges diuinas expugnamus: sapienter satis ac prouide sponso, altera ex parte peccatum quidem & scelus libenter fatetur, cum se dicit esse nigrā sicut tabernacula Cedar, atque id propter peccatum: & tamen venustatem suam commendat, quæ nunquam deleri potest, quæ sola illi faciebat animos, vt aspiraret ad Sponsi oscula amplexus, & nuptias. Atque de ea venustate dicebat: formosa sicut cortina Salomonis. Est enim illud magnopere aduertendum: Salomone in hoc Epithalamio, non solū statum mentis cuiusque nostrum, verum etiam & statum & conditionem totius Ecclesiæ ab orbe condito cecinnisse. At verò ab ipso primo parente nunquam detur labes aliqua peccati, quæ & singulas mentes, & totā fidelium cōgregationem nigredine aliqua & fulco quodam colore tædā quodammodo redderet. Lege totū librum Geneseos, imò totam historiam sacram, cuius spiritum, & veritatem Salomon & hausit, & nobis propinat bibendam. Vnde & Chaldaeus intrepres isthuc (vt mihi videtur) respexit, cum hunc locum exponens dicebat: faciem synagogæ iuisse de nigratam per peccatum, cum vitulum fabricauit, & insignē Deo benefactori irrogauit contumeliā: inblatam autem nigredinem, cum subortis lachrymis, & incredibili pœnitundine ducti, scelus deplorarūt. Igitur & sponsa & nigra est, nam labo semper aliqua peccati afficitur,

vno

vno enim aut altero membro totius Ecclesiæ nusquam peccatum deficit: & tamen mens ipsa pulcherrima semper est, obeamque causam excitatur semper ad amores sponsi ingenti & admirabili audacia. Posit Ecclesia & anima cuiusque fidelis iure se & formosam & nigram appellare: nigram, propter leuora delicta: formosam, propter dilectionem & charitatem, que leuioribus peccatis licet obscuretur (vt inquit Greg.) non tamen extinguitur. Iacobus: In multis (inquit) offendimus omnes. Prouerbior. 8. Septies in die cadit iustus. Et Ioannes: Si dixerimus (inquit) quod peccatum non habemus &c. Hæc nigræ animam non reddit displicentem: nam charitas operit multitudinem peccatorum. Nec sine magno iudicio nigredinem suam assimilauit tentorijs siue tabernaculis Cedar. Nam primò tectoria foris sunt atra, interiùs condunt aurum, gemmas, cibos, vasa cœlata, reliquaque id genus. Ad eundem etiam modum & Ecclesia tota, & singulæ quæque mentes interiùs videntur nigrae, interiùs tamen abundant amplissima suppellectile. Quâuis enim aliquando peccati labe afficiantur, quæ nigredinem illam super inducit: sed intus, id est, ipsis animi penetralibus resident preciosissime gemmae vitæ, æternitatis, immortalitatis, libertatis arbitrij: quæ venustissima efficiunt mentis tabernacula. Cõtingit etiam aliquando, vt sponsa Christi, hoc est, hominis anima admissio scelere per penitentiam peccatum deleat, & tamen hominum opinione nigra adhuc videatur: id quod sanctissimo David accidit aliquando, qui post deplorata scelera & flagitia quasi adhuc

grauissimus esset peccator, cum tamen illius anima esset interiùs venustissima, crebrò illi obijciebantur antiqua scelera. Id verò sæpè patiuntur homines sancti Deoque familiares, vt cum interiùs sint venustissimi, exteriùs tamen propter corruptionem iudiciorum nigerrimi videantur. Christus appellatur potator vini, amicus Publicanorum, seductor populi, tyrannidis affectator. Paulus apud plerasque gentes laborat infamia, maximè apud Romanos. Sæpè adhuc imò & nostro etiã hoc seculo Spõsus charissimos quosdam & gratissimos habet homines, quibus popularis opinio & æstimatio læsa illorum fama superinducit nigredinem quandam, qui tamen possunt dicere, formosi sumus tanquam cortinae Salomonis. Possit & Ecclesia dicere, [ Nigra sum, sed formosa filia Hierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis. ] Nam assimilatur sagenæ missæ in mare, continenti piscium ingentem multitudinem, bonorum atque malorum, tantisper donec adducatur sagna ad littus, fiatque inter bonos & malos pisces discretio. Malorum igitur hominum commixtione nigra se posset Ecclesia appellare: nam & stultorum infinitus est numerus, & ad ingrediendam arctissimam viam paucissimi sunt qui omnibus viribus conitantur. Sed Ecclesiæ pulchritudo nusquam extinguitur. Nam tametsi propter improbos nigra sit exteriùs vt tabernacula Cedar, sed interiùs, hoc est, intimis animi recessibus electos habet iustos, qui tanquam gemmae, vasaque cœlata his tabernaculis nigris recluduntur. Possit & nigredo ista,

Ioan. 1.

Prou. 8.

1. Pet. 4.

Matth. 11

Matth. 13

Eccl. 11

1. Reg. 11.

ista, iuxta quorundam sententiam, de æramnis & afflictionibus electorum declarari. Est enim nigredo color lagubris, luctumque significans: Sponsa autem Christi Iesu in hac valle perpetuò collachrymatur, & ablatò Sponso ieiunat, & in lactu perseverat, & omnes qui piè volunt vivere in Christo, necessum est persecutionem patiantur. Et Apostolus clamat: eos qui sunt Christi Iesu, membra sua mortificare super terrâ, carnem crucifigere cum vitijs, & concupiscentijs: perpetuò versari in laboribus, ieiunijs, vigilijs, &c. Sed hæc nigredo exterior, quamvis Sponsam deformem reddat apud stultum vulgus vt tabernacula Cedar, sed apud Sponsum Christum multis modis exornat.

*Nolite me considerare, quod fusca sim, quia decolorauit me sol. Filii matris meæ pugnauerunt contra me, posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non custodiui.*

**Q**uoniam illa est fœminarum præcipua cura, & quotidiana sollicitudo, quæ illas magis premit & angit, venustatis scilicet corporeæ, præstantiæ formæ, & elegantiæ vultus, præcipuè autem coloris externi: elegantè satis, ac propriè Salomon, & præcedenti carmine & præsentè ad eundem modum Sponsam inducit quasi sollicitam circa colorem vultus, excusantem quantum fieri poterat contractam nigredinem: & superius nigram se & formosam dicebat, præsentè verò carmine, nouo argumento, & pulchritudinem suam asserit, venustatem tuetur, & calum-

niã à se depellit contractæ nigredinis, ostendens, se non natura, sed casu & accidèti nigredine fuisse obductâ. [Nolite (inquit) me considerare, sius vt tetras habet Hebræus, *אַרְבָּעָה* nolite me despiciere quod fusca sim, nam decolorauit me sol.] Hæc prior causa est contractæ nigredinis. Et quoniam id potuisset accidere sponsæ negligentia, vt solis ardoribus se tuã culpa exposuisset, obeamque causam natiuus color degeneraret: alteram inducit causam immutati coloris, vt culpam omnem deprecetur, depellatque à se notam negligentæ. [Filij (inquit) matris meæ pugnauerunt cõtra me, posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non custodiui.] Tanta fuit illorum improbitas, vt neque venustatis vultus, neque coloris neque elegantæ, imò neque inearum fortunarum potuerunt habere rationem: nam vineam (quam vnicam habebam) non custodiui, vt illorum vineas sollicitè seruarem. Hæc quantũ attinent ad literam. Nomine autem nigredinis vt superius est à nobis indicatum, genus omne peccati complectitur ipõsa, atque ea omnia quæ ex peccato nascuntur, vt pœnas atrociores, grauiora supplicia, ærumnas, calamitates, afflictiones denique omnes & cruces, quas partim scelerati & flagitiosi homines, partim verò electi sustinent. Est enim illud attentius obseruandum, toto hoc Epithalamio, sponsã, vt iuuenulas doceat & instruat, in se transferre frequenter peccatoris hominis personam; iusti nonnunquam: atque id facit venustatis nomine & titulo, nonnunquã etiam nomine demutati coloris. Id enim proprium esse videtur illarum mentium, quæ Sponsum Christum vehementer diligunt, vt alios ad iustitiam

stiriam

stiriam erudiant, vt vitæ rationem in melius commutent, non detrectare (si hoc exigat spōsi gloria) subire notam criminis, & peccatores etiam videri. Paulus ad Romanos scribēs, multis in locis, tum etiam & alias gētes erudiens, & ad studium verę pietatis excitans, frequentius in se transfert personam peccatoris hominis, & eius qui graui sit peccatorum mole pressus: adeo vt impossibile videatur, se tot sceleribus expediri. Ad eundem igitur modum sponsa quā uis pulcherrima sit, & colore & vultus venustate apud sponsum commendabilis, sed aliorum nigredinem propter scelera, & peccata contractam, quasi propria esset, & illam excusat, & causam adducit, [ quoniam decolorauit me sol. ] Et quoniam se mel de peccato diximus, nigredinem esse genus omne flagitij, Salomon, quoniam tota humana natura iam inde ab orbe condito sceleris, & flagitij labe fuit infecta, & immutato gratissimo colore, nigredinē contractit, eleganter satis nigredinis meminit præsentis loco. Nam nigredo ista antiqui sceleris, fuit fons & veluti caput omnium flagitiorum, ærumnarum, afflictionū, denique omnium ægri tudinum, quas humana natura cum in iustis hominibus, tum etiam in improbis sentit. De quo fomite & peccato Paul. ad Romanos diffusē satis scribit. At verò quoniam nihil magis præter naturam esse videtur, quam peccatum omne, & quidquid ex peccato nascitur, sponsa maturo satis consilio, & scelera ipsa, & omnem peccati labem, atque ea omnia quæ ex peccato proficiscuntur, nigredinem appellat, nō natiuam, sed ex accidenti contractam: [ Quoniā (inquit) decolorauit me sol. ] Quasi dicat, nihil magis à mea natura alie-

nū, nihil magis diuersum à mei vultus venustate, quam fuscus color. Nam cum multis alijs partibus venustatis, tum etiam & vultus candore mirificè apud Sponsum commendabar. Quod igitur fusca sim, diuersasque peccati notas ab orbe condito cōtraxerim, nemo existimet meæ naturæ esse contentaneum: nam vehementer illi aduersatur & repugnat. Nihil enim magis humanæ naturæ repugnare videtur, quàm culpa omnis, & pœna inde profecta: vt pote quæ tanto innocentie candore, tanta interioris hominis venustate, ad eternā & foelicem vitam sine molestia aliqua & labore traducēdam, cōdita sit à Deo. Hinc plerique præsentem hominis statum, cum scilicet totus niger effectus est, cum priore illo componentes, hominem monstrum tota natura appellarunt. De qua re non est à nobis in præsentia disputandum, exigit enim proprium tempus & locum quæstionis grauitas. Ergò quæcunq; scelera, quæ vel Scriptura sacra refert, vel prætermittit, quæcunq; etiam scelera profana historia complectitur, inter mortales admitta, quæ à prima illa nigredine & primo peccato profecta sunt hæc, inquam, Spōsa nigredinem appellat, recenset flagitia omnia à peccato primi parentis, ab homicidio Cain, ab eis sceleribus quæ ante diluuium humanum genus infecere, peccata omnia populi Iudæici, quæcunq; sunt literis sacris consignata, vsque ad aduentum Christi, ac deinde vsque ad supremam diem iudicij: tum etiam & pœnas & supplicia, quæ Deus aduersus sceleratos sæpè intētrauit, & afflictiones præterea, quibus iusti probatur: hæc omnia nigredinem appellari existimato. Posset aliquis in quæstionem vertere,

Gene. 4.  
Gene. 6.



tere, quam ob causam sponsa causas nigredinis exponens, in ardorem solis primam omnium videtur referre: [decolorauit (inquit) me sol.] Et quidem, quātūm attinet ad literam, nulla potuit, aut certior, aut euidentiōr adduci causa demutati coloris, quā solis aspectus. Nam ea corpora nigerrima efficiuntur, quæ solis iniurijs sunt exposita. Vnde & apud antiquos solis symbolum erat nigredo: & Aegyptij Scarabæū, magno perē venerabantur, animatam solis effigiem putātes, (vt inquit Porphyrius.) Vt igitur exactiūs Christianus lector intelligat, quid nomine solis sponsa insinuauerit: aduertat delusum gantilitatem nullum deorū maiori habuisse ueneratione, aut maiori cultu fuisse prosequendam quā solem. Vnde apud Persas simulachrū solis legimus magna fuisse ueneratione habitum: & apud Aegyptios, qui primi omnium solem & lunam deos putarūt, *Isis* illos appellantes, quod ambitu æterno circumagi ac currere videtur, Solem Osirim dixerunt: sicut & Lunam Ilim. Huius rei gratia Deus Optimus Maximus multis uerbis, grauissimis comminationibus, Iudæorum populo interminabatur, ne solem aut lunam adoraret, quem certō sciebat multa contraxisse ex tam longa cūm Aegyptijs consuetudine, præcipuē uerō cultum solis. Nam terra Rameses (quæ in Hebræorum potestate concesserat, cūm in Aegypto uerarentur) fuerat circa Heliopolim, collegium sacerdotum insigne, solis cultui & uenerationi dicatum: quare exemplo provincie, sacerdotumque autoritate, falsa professione sapientie persuasi, Solis cultus altissimē in se derat eorum animis: atque potuit hæc familiaritas Aegyptiorum

apud illos, ut hoc genus idololatrie publice profiterentur, etiam reges & principes. Legis regem Iosiam omnem cultum uniuersamque solis religionem, quam maiores ingenti studio statuisent, aboleuisse, & equos, quos reges Iuda dederunt Soli, in atrio templi domini funditus euertisse, & solis quadrigas igne combussisse. Et Ieremias uoce Domini pollicetur, se statuam solis demoliturū. Et inter cetera illius populi flagitia, propheta Ezechiel tanquam grauisimum commemorat, cultum, & religionem, & reuerentiam uersus solis ortum. Et ut curiosos sacrarum literarū indagatores hæc in parte aliquo etiā modo iuueamus, literis proditum inuenio, nomine Bahal in sacris literis solem esse intelligendum, nam Phœnicum lingua sol Bel appellatur: qui Bellus & Bahal dicitur: quamuis ut Diodorus scribit, Babylonijs Iupiter dicitur Bel. Liceat igitur colligere nomen solis Sponsam peccatum idololatrie in uniuersum uoluisse significare. Nam hoc peccati genus ab initio conditi orbis humanam naturam denigravit, potissimum uerō antiquiorem ecclesiam, hoc est, Synagogam, ut refert historia sacra. Et Chaldaeus interpres in eundem sensum locum etiā interpretatur. Inquit enim, uoces istas nigredinem excusantes uniuerso cœtui Israel esse accommodandas, quasi alloquatur uniuersos populos & nationes: Nolite (inquit) me despiciere, quia uobis uideor nigrior solito, quia feci iuxta opera uestra, & solē & lunam adorauī. Illud ergo constat ac certū esse uidetur, Sponsam nomine solis atque nigredinis, genus omne flagitij (ut diximus) culpe & pœnæ uoluisse significare. Sed inter flagitia omnia idololatriam potissimum con-

D nume-

Deut. 17

numeravit, quod inter peccata omnia & grauisimum censeatur, & sit. Nihil enim adeo confundit & perturbat omnem religionis rationem, nihil magis optimis moribus aduertatur, quam hoc genus peccati. Nam sublata religione, necessum est reliqua virtutis & honestatis momenta deficient, quæ religioni tãquam fundamento nituntur. Secundo, nullo alio peccato magis irritatur Deus, quàm scelere idololatriæ. Nam qui alteri quàm Deo diuinos tribuit honores, Dei gloriam & maiestatem proximè lædit, & imminuit. Tertio, nullum poterat esse Sponsæ flagitium magis atrox & graue, quàm proprio sponso deserto, in alterius ruere amplexus & oscula, aut cum alio viro tectiores habere congressus. Vnde & literæ sacræ idololatriam non solum abominationem, sed & fornicationem appellat. Quoniã igitur nulla possit esse maior coniunctio, quàm ea quæ per religionem fit, rursus nullum certius ac mahis irremediabile diuortium, quàm quod fit per idololatriam, & suasionem falsæ religionis, sponsa inter omnia scelera & peccata, quod hoc vno maxime premeretur, id solum reservat dicens. [ Nolite me considerare quod fusca sim. ] Accedit ad ea quæ diximus, quod quamuis reliqua peccata & scelera non sint adeo atrociora, atque peccatum idololatriæ: sed in omni peccato inuenies aliquam cultus rationem. Christus in Euangelio, Mammona facit Deum avari: & Ephes. 4. Paulus Apostolus, Impudicitiam Deum facit hominis salacis & libidinosi, & hominis gulosi, & edacis, ventrem & stomachum. Idem etiam penitus dicendum de reliquis omnibus peccatis. Habent etiam & sapientes homines, & qui literarum studio intenti sunt, suos etiam Deos, quos cõ-

lunt & venerantur. Nam si studio inanis sapientiæ adeo oblectaris, ut quæ sunt maxima & optima negligas, perinde est ac si Mineruæ facias sacra. Ac proinde in omni genere flagitij aliqua videtur ratio cultus. Idem de musica, & Apolline: de lucro & Mercurio; de honoribus & Ioue. [ Filij matris meæ pugnaverunt contra me, posuerunt me custodem in vineis. ] Hæc altera causa est, qua Sponsa vel extenuat culpam contractæ nigredinis, vel omnino à se depellit. Et quidem quantum attinet, ad venustatem & gratiam totius metaphore, Salomõ finxit iuuentulam vitam, Sponsam scilicet, paternam domo simul cum fratribus habitasse: fratribus (inquam) ex eadem matre prognatis, non ex eodem patre genitis: ut intelligas, eos, qui contra Sponsam pugnaverunt, non fuisse fratres germanos. Apparente iam igitur tempore fructus vinearum, cum opus esset vineas custodire, cum propter bestiarum incursus, tum propter viatores & fures (nam solent hæc omnia vineas infestare) mentio incidit de custodia vinearum: ecquisnam ex fratribus vineas custodire debuisset, in questionem cepit vocari. Et quoniam custodire vineas, & arcere hominum bestiarumque imperus, & solis ardo ribus, & pluiarum etiã iniurijs exponi, magno eũ labore esset cõiunctum essetque res difficultatis plena, Spõsæ fratres, detrectantes tantum onus subire, vel omnino recusarunt propter difficultatem rei, vel causas aliquas apparentes excogitarunt: ut quasi alijs rebus maioris ponderis occupati, custodiae vinearum minime possent incumbere. Sed reuera ut otio & ignauiæ se traderent, coniuratione facta, & vno animo aduertus

sus pulcherrimam puellam con-  
spirantes, dixerunt, Hæc vineas  
poterit custodire: nam nos alijs vi-  
litatebus intenti, vix poterimus,  
id operis præstare. Denique re-  
fellente Sponsa illorum argumen-  
ta & rationes, hinc inde acerri-  
me depugnatum est. Sed vt fie-  
ri solet, peior pars meliorem vi-  
cit: & denique Sponsa destinata est  
vinearum custodiæ. Id verò certum  
continere arcanum earum afflictio-  
num, quas ecclesia Christi, & pio-  
rum mentes, ab improbis semper à  
condito orbe fuere perpessæ, nul-  
lus est qui non videat. Nam impro-  
bi coactis concilijs, consilijs agitatis  
lunimo semper studio piorum men-  
tes, & unicam magni Dei Sponsam  
multis modis afflictarunt. Pertur-  
bitur etiam & id quod dicimus, malo-  
rum prælatorum, theologorum, alio-  
rumque qui in ecclesia Dei præsunt,  
technis & fucis, studijs & inuentis.  
Qui, si voluptatibus opera danda  
est, si rebus expetitis fruendum, si  
corpori indulgendum, præsto sem-  
per sunt, & ad captanda oblecta-  
menta prompti & expediti. Si ve-  
rò quidpiam aggrediendum est,  
cum labore coniunctum, difficul-  
tatis plenum, veluti exempli gra-  
tia, ieiunandum, orandum, vigi-  
landum, largiendæ elemosynæ:  
denique si alia officia pietatis sunt  
exequenda, quæ non sint mino-  
ris difficultatis quàm vineas cu-  
stodire, id verò sponsæ Christi com-  
mittunt. Quod si aliqua in re vel  
leuis alicuius negligentia nota in  
Sponsa deprehendatur, mirum est,  
quas excitant tragædias, accusan-  
tes simplicem & innocentem iu-  
uenculam! Adhæc, quanto artifi-  
cio, quibus argumentis & rationi-

bus depugnant aduersus Sponsam!  
Afferunt in eam rem, publicam to-  
tius Ecclesiæ gubernationem & re-  
gimen, & momenta præterea totius  
religionis, labores dignitatis epis-  
copalis, omnem pompam & ap-  
paratum externarum ceremoniarum,  
quibus simplici plebeculæ imponunt,  
quasi dicentes. Nos vineas custo-  
dire non possumus, nostrum est,  
republicam moderari, non ieiunare:  
gubernare, non orare: alios  
instituere de elemosynis facien-  
dis, nobis tamen non est id on-  
eris imponendum: sustinenda no-  
stris humeris omnia religionis pon-  
dera, verbi tamen prædicationi, &  
sanctarum literarum interpretatio-  
ni minime incumbendum: hæc pos-  
sit præstare iuencula ista, soror  
nostra, quæ vacat otio, quæ ni-  
hil aliud efficit quam cuticulam  
curare. Huius rei in sacris literis  
diuersis in locis expressissimam ha-  
bemus imaginem: improbos scilicet  
aduersus Sponsam semper con-  
iurasse. Nymbrotus enim, (quem  
Scriptura sacra robustum venato-  
rem appellat) reliquos omnes gra-  
uissimis laboribus subiciebat, vt  
illius stultitiæ inseruirent: quo-  
circa appellatus est robustus ve-  
nator, quasi grauissimus hominum  
oppressor. A Egyptiorum popu-  
lus aduersus Sponsam Dei pugna-  
bat, illam diuexans operibus lu-  
ti & lateris, & cum maximè labo-  
raret, & operibus vilissimis esset in-  
tenta, tunc audiebat: Vacatis otio, &  
ideo dicitis, paleæ non dantur nobis.  
Vide quid sit perpessa Sponsa sum-  
mi Dei ab impijs regibus, vt à Sau-  
le: quid præterea ab alijs etiam  
multo iniquioribus: quid à Ba-  
bylonijs, Medis, Persis, Romanis.

Gene. 10

Exod. 1.

Exod. 5.

Ioan. 1.

Hi omnes ab initio conditi orbis huic semper incumbabant studio, ut Sponsam Christi multis modis diuexarent. Est illud obseruandum attentius, quod hos omnes Sponsa filios matris appellat, non filios patris. Nam habes apud Ioannem Euāgelistam, quosdam homines ex voluntate carnis prognatos, id quod omnibus est commune: tūc etiam ex sanguinibus alios nasci, quasi dicas factos illustres, & suspiciendos grauissimis sceleribus: qua generatione potissimum prodit nobilitas, quam stulti homines tantopere admirantur: alios denique natos ex voluntate viri, quasi dicas, alios natos cōsilio, sapiētia, prudētia viri constantes: quales fuere sapientes sæculi huius alios postremo ex Deo nasci, sed paucissimos. Quoniam igitur mortales omnes aut ex voluntate carnis nascimur, aut sanguine, aut voluntate viri, eandem omnes matrem habemus: patrem vero communem habent hi solummodo, qui ex Deo nascuntur. Iurē igitur Sponsa hos omnes, qui se expugnant, filios matris appellat, non patris. Nam si illam essent ad eprigenationem, qua homines in Deum transferuntur, nunquam Sponsam Christi adeo insectarentur. Filij igitur matris depugnabant aduersus Sponsam. Iam verò illud inuestigandum curiosius, quid nomine vinearum velit Sponsa intelligere. Diuina philosophia, vinearum appellatione, solet significare vniuersum cultus rationem, & omnia religionis momenta, ut (exempli gratia) leges, instituta, sacerdotia, orationes, ieiunia, reliquaque id genus alia pietatis officia. Hac loquendi metaphora frequenter vitur Scriptura sacra magna cum propieta-

te. Nam inter ea que ad rem rusticam pertinent, nihil eget maiori sollicitudine, labore, & industria, quam vinearum cura, quemadmodum est multorum literis proditum. Ad eundem modum, inter ea omnia que hominem in officio detinere possunt, religio est que, quemadmodum vinea, maiori eget industria & studio, ut indices promoueat, magnaque suscipiat augmenta. Esaias cum de veteri religione fūdītūs delēda, erigēdaque noua vaticinaretur, vineam illam appellabat. Cantabo dilecto meo (inquit) canticum Patruelis mei vineæ suæ. At vinea (inquit) facta est dilecto. Christus R. N. Scribas & Phariseos, summosque legis sacerdotes acerbè increpat, sub eadem metaphora vineæ cuiusdam summa diligentia atque solertia plantatę, quam sæpe circumdedit, ne hominum aut ferarum incurisibus pateret, locum excipiēdo muro extruxit, denique rebus omnibus affatim instructā tradidit colonis: mox que peregrè profectus est (commiserat enim illis Deus Optimus Maximus, totum religionis pondus) quam per Mosem eximie prouexit. Planta uerat vineam istam, ut suo tempore templum illud celeberrimum, sacerdotia, sacrificia vero Domino agriculturalū industria magnis prouētibus responderēt. Denique his exemplis adductis, cuius (ut arbitror) prōptū erit, quid nomine vinearum velit Sponsa significare. [Posuerunt (inquit) me custodem in vineis.] Nam cum agit Sponsa de filiis matris, vineas dixit multitudinis numero: cū verò de se ipsa loquitur, vineā duntaxat in singulari. [Posuerunt (inquit) me custodē in vineis, ego verò vineam meam non custodiui.] Id quod

Isai. 5.

Matt. 21.

quod magnoperè diligenti lectori sit annotandum. Nam si vinea idem sit quod religio ipsa, nemo sit qui ignoret, quantoperè ab orbe condito natura hominis à filijs matris sit expugnata, vt varias, diuersasque vineas custodiret. Alij multis & magnis voluminibus persuadebant humanæ menti, Deum esse animam mundi, quæ multis constaret partibus, quarum quælibet esset diuinæ naturæ particeps. Platonici verò, Stoici, Pythagorici, & his antiquiores Ionici, mentem illam fatebantur esse Deum, sed non omnes eodem modo. Plato animatum dicebat mundum, animamque illam & mundum, esse Deum: sed alium Deum quem mentem vocat, huic priorem facit, & animæ mundi parentem. Stoicis ferè cum Platone conuenit. Sed non omnes idem sentiunt. Thales Milesius, & Democritus nullum Deum præstantiorem existimabant, quam mundi animam. Vt verò istorum quisque de deorum natura sentiebat, ita etiam de religione & cultu statuebat. Vnde profecta etiam fuit stultitia illa, vt qui Saturnum putarent agriculturam adinuenisse, aut Dionysium vinearum cultum, aut Triptoleum rationem seminandi, illico referebant in deos, & honoribus diuinis afficiebant. Nihil refert, de vanissimis Eleusinæ Cereris agere, aut de turpitudine sacrorum, quæ Libero patri celebrabantur, in propatulo exultante nequitia, nullo verecundiore secreto. Quid verò de ratione virtutis sectandæ, de officio optimi viri, de iustitia, de summo bono: quanta inter illos varietas, quam incredibilem diuersitas. A temporibus verò Chanaam filij Noe, cum primò homines à vera religione cœperunt, deficere

Gene. 11

diuisus est cultus, discissa religio in varias innumerasque vineas, & rationes colendi Deum. Ob eamque rem acerrimè semper depugnatum est à filijs matris, aduersus humanam mentem, vt reiecta vera religione, multorum custodiret vineas, hoc est, varias atque pugnâtes religiones susciperet. Hac insigni contumelia affecta fuit Synagoga in Aegypto: eadem ipsa iniuria multata in deserto, cum malorum hominum suasionem vitulos fabricabat aureos. Deinde verò in terra Chanaam, quibus rationibus fuerat impulsus, ad custodiendas aliorum vineas, & ad suscipiendas impias nefariasque religiones, multorum est literis proditum. Imò & cum Christus redemptor carnem nostram iam assumpsisset, inuenit Synagogam eodem modo affectam, & inuarias sectas diuisas: in Samaritanos, Essenos, Nazarenos, Saduceos, Herodianos, Phariseos. Horum quisque perpetuò pugnat & dimicabat vt suam tueretur sectam, & alijs illam faceret probabilem: vt sponsa Christi illorum sectas custodiret, non secus atque solent vineæ. Quæ verò de religione diximus quæ certissimè constat nomine vinearum intelligi, vel iuxta Hebræorum sententiã, qui dicunt in arcanis literis per vineas frequenter intelligi Idolorum cultus & religiones. Nemo non videt, sponsam conqueri, de eis statutis, & legibus, quas condunt nefarij principes, & prælati suis lucris intenti. Quæ cum maximè aliquando pugnent aduersus diuinas leges: titulo tamen religionis & pietatis volunt illas Sponsa Christi vigilantissimè obseruet, non secus atque solent vineæ. Nam in humanis legibus, impijs præsertim, & quæ cupiditatibus hominum impiorum

Exo. 311

inferuunt, multa sunt quæ auocāt mentem à vera pietate, à Fide, & Charitate, Spe, denique ab eis partibus quibus constat vera religio. Hæc leges, atque decreta, quoniam partim videntur obtinere rationem cultus, & timorem magistratum, sollicitè seruantur: & quoniam variæ sunt et innumerabiles, verè appellantur vineæ numero multitudinis. Quorū custodia plus nimio occupata Sponsa Christi, suam infelicitatem (quasi subortis lachrymis) deplorat, dicens: vt aliorum vineas sollicitè custodirem, [ Vineam meam non custodiui: ] & vt habent Hebræa, *וְיָצַח מִי לֹא נִטְרָה* quasi dicat: *Si vinea, mea, non solamente vna vez mas dos vezes mia.* Ego (inquit) vineam illam, quæ maximè ad me pertinebat, non custodiui. Quod vt intelligas aduerte, inter leges, instituta, religiones, decreta, alia quidè esse inuenta, alia verò inspirata: inuenta voco, quæ sint humana industria excogitata: inspirata verò, quæ solo diuino beneficio constant. Aliorum vineas appellat Sponsa quas plantauit humanum ingenium, confitas humana industria, quarum fructus aut nos in apertum exitium detrudunt, & in mortem impellunt, aut aliorum cupiditatibus seruiunt: quò circa quoniam ad nos nihil attinet, neque ex vineis illis quidpiam in nostram vtilitatè cedit, bene alienæ appellantur. Inspirata verò religio, in rem Sponsæ excogitata fuit à Deo, vt illam instruat, formet, erudiat, & tandem efficiat fœlicem, & beatam. Quæ quoniam vna est, innumero singulari eam extulit: & quoniam suis vtilitatibus seruit, & inueta est suis cõmodis, eam appellat meam, meam, Vna est enim religio, quemadmodum

vnus Dominus, vna Fides, vnū baptisma.

*Indica mihi, quæ diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam, post greges sodalium tuorum.*

Sponsa diuersos aliorum errores experta, in quibus diuagata fuerat aliquando tãquam per tenebras inextricabiles, vehementiori desiderio acta, & igniculis excitata amoris, quasi ad te rediens inquit. [ O tu quem diligit anima mea, ostende mihi vbi pascas, vbi cubes. ] Principio autem Sponsam veluti tlectit amoris titulo, quasi dicat: vel hac ratione negare mihi non poteris quæ postulo, quod te anima mea venementer diligit. Nihil enim Sponso Deo humanus animus offerre potest, quod cum amore possit cõferri: tum quòd amor reliquis omnibus actionibus, quæ ab humana mente proficiscuntur, sit nobilior & excellentior, tum quòd inter reliquas operationes hæc vna in nostra sit sita potestate. Nam corpoream vitam, fortunas, honores, reliquaquæ id genus alia, non debent cum amore conferri, communi argumento euinci potest. Possint enim hæc omnia nobis eripi vel violentia, vel morte, vel casu aliquo aduerso. Quo fit, vt quoniam hæc omnia minimè sint in nostra potestate constituta, non possint cum amore de præstantia certare: imò & cum duabus partibus cõstet aut facultatibus humanis animis, intellectiua & appetitiua, operationes illæ quæ à voluntate proficiscuntur, multò magis sponso probantur. Nam ea operatio quæ ab intellectu proficiscitur, non adeo semper libera est, vt non possit vel

ar-

argumētis vel rationibus aliquo modo cogi: in voluntatem verò, vnde nascitur amor, nulla possit penetrare necessitas aut violentia. Quocirca quæcunquē dona à voluntate ipsa proficiuntur, veluti amor, præstantissima sunt habenda. Primo quòd peculiari quadā ratione nostra sint, neq; vllò impetu fortunæ nobis eripi possint. Secundo, q̄ amor (vt diximus) maximē situs sit in nostra potestate, ob eāq; rē ad flectēdū sp̄olum, nullū vnquā donū, tāti erit p̄deris, aut tāti momēti, quod cū amore & dilectione apud Deū cōferri possit. Sp̄osa igit̄ maturo satis cōsilio sponsum veluti adiurat, & in suam causam flectit proposita dilectione & amore: quo vno sponsus sustinet, se tanquam funiculis colligari, Petit autem, (iuxta vulgare editionē) sp̄osus sibi ostendat vbi pascat greges, vbi illos accubare faciat in meridie. Iuxta quorundam verò interpretationē, quoniam textus Hebræus habet **אֵיךָ תִרְעוּד אֶת־בְּרֵיךָ אֵיךָ תִרְעוּד** hoc est, [quomodo pascas, quomodo accubare facias in meridie.] Itaque sensus genuinus habet: ab sponso petit sponsa, faciat certiore de ratione loci & qualitate: alter verò q̄ iuxta nostrā editionem est, de ipsa pascendoru pecorū ratione: quær̄it em̄, quomodo pascat, quomodo accubare faciat. Vterq; sensus possit acōmodari, & præcedētib; & subsequētib; vterq; tolerabilis est. Ad priorē itaq; accedēdo, petit Sp̄osa sub metaphora pastorica, sibi ostendat quibus in locis potissimū diuersetur, ne forsan sibi contingat errare circa magalia pastorū. Nā periculosū est maxime, quæ pertimescēdū, nescire quo in loco potissimū sp̄osus verset. Est enim res tota chr̄iana vita maximē necessaria, scire scilicet vbi agat sp̄osus. Nā

isthuc sēper miser & infelix mūdus intēdit ingenij neruos, vt sp̄olū Chri stū eis in locis diuersari doceat, vbi minimē cōperit. Nā quæcūq; ab initio tradidere sūmi philosophi de sūmi boni ratione, prolixē illę quæstiones, & concertationes improbæ de summo bono quod mentem humanam fœlicem efficere posset, nihil aliud erant, quā veluti digito cōmōstrare vbi sponsus ageret, alijs assententibus cum voluptatibus carnis, & oblectamentis commorari, alijs dicentibus sponsum perquirendum in externis istis bonis fortunæ, alijs in vacuitate doloris, alijs autē in cōtēplatione rerū, quòd esset præstantissima humanę mentis operatio. Vt quisq; igitur opinabatur de summo bono, quærētib; vbi ageret sponsus, vbi habitaret, ita locum digito cōmōstrabat. Diuagat̄ est humanus animus, ac diutius diuagat̄ per tenebras inextricabiles, neque lucē fulgētissimā sp̄ote illius se oculis ingerentē intuebatur. Ob eāq; causā tanquā lōgissimis errorib; iā defessa, ab sp̄olo rogat & petit, liceat sibi cognoscere, quibus in locis potissimū agat. Vnde & sp̄osus ipse Christus Iesus, qm̄ & ab initio cōditi hominis, & vsque ad sæculi consumationē sciebat hoc grauissimū periculū sp̄osę, hoc est, electorū animis, imminere, vt hominū opinionib; inherēdo huc atq; illuc distraherēt, sp̄olū quærēs vbi minimē esset inueniēd; nos oēs multis verbis premonet, dicēs: Multi veniēt in dieb; illis dicētes: ego sū Ch̄s & multos seducēt. Tūc si quis vobis dixerit, ecce hic est Ch̄s, aut illic, nolite credere: surgēt em̄ pseudo Ch̄s, & pseudo Prophetæ, ita vt in errore inducātur, si fieri p̄bit, etiā electi: ecce prædixi vobis. Si ergo dixerint vobis: ecce in deserto est, nolite exire:

D 4 Ecce

Ecce in penetralibus, nolite credere. Longa lanè, & proluxa admonitio: sed si rem expendas quemadmodū oportet, ad eò necessaria, vt sine illa constare non possit Christianæ vitæ ratio. Hoc enim magna contentione mundus semper nititur persuadere, Spōsum hīc, aut illic habitare iuxta cuiusq; opiniones, tectas, & placita. Cōtēdūt Lutherani Christū apud se agere: atq; inter eos ipsos hæreticos, qui à Martino Luthero, tanquàm ex Equo Troiano profliēre, (cū sint in sectas etiam diuisi) magna contentione queritur, vbi habitet Christus. Quisq; verò illorum, iuxta eā quæ excogitauit, aut somniauit, ita Sponso locum facit. Res est magni momenti. Et quoniam in re tanta periculosum erat nos ipsos iudicio stultorum hominum permittere, Sponsa non quærit ab hominibus, vbi habitet Sponsus, sed ab eo ipso petit, quibus in locis demoretur. Nam probè sciebat Sponsa, stultos homines & demētes, vt propria tucātur placita, insluta, sectas, opiniones, loca quædam confingere Sponso, quæ ille minime inhabitat. Bene igitur Sponsa quærit: [Ostende mihi, vbi pascas.] Quasi dicat, neque naturalis amor, neq; ratio humana, neq; influxus aliquis cœlestis, neq; spiritalis creatura ostendere potuit hætenus, vbi nā habitares, [Indica igitur mihi vbi pascas, vbi cubes &c.] Si verò nobis proberetur secundus ille sensus, [quomodo pascas, quomodo ac cubare facias] vix loc⁹ queat intelligi, nisi cognita & explorata prius illi⁹ terræ qualitate, scilicet Palæstine. Qui ergo optime pascunt greges, stabula non longè à pascuis habēt, maxime in Iudæa, vbi Sylvarum vmbre erant rarissime: oues verò medio die cū maxime æstus sequere videtur,

in vmbas esse ducendas ostēdit poë Georg. 3. ta dicens.

*Æstibus at mediis, vmbrosam exquirere vallem,*

*Sicubi magna Iouis antiquo robore quercus,*

*Ingentes tendit ramos, aut sicubi nigrum*

*Illicibus crebris sacra nemus accubat vmbra.*

Vergilian⁹ præterea Menalchas caloris incommoda vitare cupiens dicebat.

*Cogite oues pueri, si lac præceperis æstus;*

*Vt nuper frustra pressabimus vbera palmis.*

Itaque vicinitate septorum vel magaliū sarcendum est, vbi nulla potest haberi arborum inumbratio: in Iudæa verò multò magis necessariū, quod regio illa vehemētius æstibus infestetur. Huius ergo meridianæ accubationis fit mentio præsentis carmine. Duo autem querit Sponsa, alterum pertinet ad pastum matutinum, alterum verò ad accubitū meridianum: id enim intelligendum est ex verbis Sponsæ, cū dixit: vbi pascas: quietis autem facit mentionem, cū dixit: [vbi cubare facias in meridie.] Nā Marcus Varro, qui de re rustica elegantissime conscripsit, iubet tempore æstiuo oues exire prima luce in pastum, propterea quod eo tempore herba maxime sit rosca, vrgente autem æstu, aridior multò. Circiter meridianos æstus (inquit Varro) dum deferuescunt, subumbriferas rupes & arbores patulas ducatur, quoad refrigerato aère vespertino, rursus pascant ad solis occasum: quoniam pascēde sunt oues capitibus soli aduersis, quoniam capita



Lib. 7. pita molissima sunt. Et Columela de pascendis gregibus æstiuo tempore multa complexus est, quoniam res & difficilis est, & periculosa his qui rem pecuariam tractant. Quamobrem Sponsa (quali huius esset discipline ignara, & Sponsus esset in ea arte diu ac multum versatus) quoniã videbat oues Sponsi pingues, succulentas, aliorum oues aridas & squalentas, & macie confectas, ostende mihi, obsecro (inqui) quæ sit ista noua pascendi ratio: deinde verò quomodo oues tuas accubare facias, medijs æstibus tã paccatè & tranquillè, vt solis ardores, & iniurias cœli non sentiant. Erat proinde Sponsi disciplina admirabilis in pascendis gregibus. AEstus autem in literis sacris est vchementior aliqua tentatio, afflictio, calamitas, & denique ingruentium malorum impetus, quibus nulla humana vis possit obistere. Ac forsitan huc respexit regius propheta David cum cecinit, electos securos esse ab incurfu & demonio meridiano. Et alibi dixit. Per diem sol non vret te. Illustris vates Esaias cum populo Dei magnam polliceretur securitatem, inquit. Erit Dominus populo suo in umbraculum abestus, & in protectione à nimbo. Ierem. Non timebit cum venerit æstus. Et Ioannes in Apocalypsi (prædicēs summam sanctorum securitatem & quietem) inquit. Nō cadet super eos sol neq; vllus æstus: id est, nulla illuc pertinet tribulatio, nullum incommodum, sed omnia læta erunt atque foestiua. Duo igitur petit Sponsa admirata in Sponso Christo tantam artis peritiam: alterum est, qua ratione suas oues pascat, alterum verò quomodo medijs æstibus accubare faciat. Et pastum in arcanis literis doctrinam significare nemo ignorat.

Sufficiat nobis vel testimonium regij vatis David illius Ode, cuius iniuriam, Dominus regit me. Habuit igitur hic mundus, semperque habebit pastores suos, qui legibus, qui institutis, qui doctrina varia subiectas sibi oues pascant. Vnde apud Sapientes huius sæculi commendatissimam inuenimus singulis penè paginis tenentem mentis. Videas illos de rebus magnis perpetuò contendere, & dogmata quædam tradere sanctis literis vtrunque consentanea. Audi Stoicum dicentem, neminem esse sapientem nisi bonum virum: nihil esse bonum aut honestum præter vnam virtutem: nihil fugiendum præter vnam turpitudinem: iniuriam non esse peccandam iniuria. Legis apud Socratem, eos homines non esse deplorandos, qui cum fiducia bonæ vitæ hinc demigrarunt: nullam rem nobis esse suauem, nisi à nobis contemnatur. In Polyticis scripsit Arist. Vna virtute excepta nihil inhumana vita suauē esse posse, nisi adsit animus nullius mali sibi conscius, vnde ceu ex fonte scateat vera voluptas. Tradit hæc Epicurus. Mirum igitur est, quod hi omnes, qui de virtute & honesto subtiliter & eloquenter disputarunt, ganimos hominum (quasi dicas oues) susceperunt curandos, nusquam aut virtutis aut honestatis studio greges, & oues sibi commissas saginarunt, imò neque desiderium virtutis sectandæ in suas oues vnquam transfuderunt. Lege quæcunque pastores huius mundi accuratissimè diuersis voluminibus de pietate, de religione, de virtute disputarunt: volue si velis nocturna manu, versa diurna: tam vrgenti fame discutiaberis, atque si in locis aridis & squalentibus uersareris. Ergò quæcunque excogitauit humanum ingenium, ad pascendos

Psal. 91.  
Psal. 102.

Isai. 4.

Iere. 17.

Apoca. 7.

Socrat.

Polyt.  
Arist.

Epicu.

dos & nutriēdos hominum animos, possunt quidem nobis videri herbe gratissimę, & ad pastum aptissimę, re tamen ipsa vmbre quędam sunt innanes, & insomnia quędam. Quo fit, vt hos omnes, qui carpendis his herbis per totam vitam magno studio incumbunt, videamus semper, si de virtute agitur, flaccidos, squalentes, macie confectos, nullum habentes virtutis succum. Sponsa proinde, cū multos vidisset pastores, rationē autem pascendorum gregum minimē probasset, ad Sponsam conuersa, inquit, O tu quem vnice diligit anima mea, ostende obsecro, quę sit ista admirabilis ratio pascendarum ouium: ostende mihi, qui fieri potest, vt subito atque repētē, & maturino, & vespertino pastu, hoc est eos qui in iuuentate se tibi committunt, & eos qui iam senio defessi multo alios dimittas quę acceperis? Accipis auarum, subito efficis liberalem & munificum: impudicum efficis modestum: gulosum, temperatum: & deniquē si marcidas oues & squalentes accipias, subito efficis pingues, & succulentas: nō enim in ipso pastu peritura quadam de mulces voluptate, sed tenaces potius relinquis aculeos, qui hominum mentes rapiāt, & trāsformēt. Quod obsecro est hoc genus incantamenti, quod apud alios inueni nunquam, quod ego meminerim? Quę est ista virtus & potentia admirabilis, quę in istis herbis & ratione pascendi, & curandi greges latet? Sic enim Paulus herbas Sponsi, hoc est Euangelium, doctrinam, totamque rationem pastus, virtutem Dei appellat dicens: Euāgelium est virtus Dei ad iustitiam omni credenti. Has ergo herbas & pastus Sponsi, grauissimos continere solis ardores, & grauissimis æstibus assimilari aduerte,

Rom. 1.

Nam intra herbas istas & intra pascua latent mille cruces, labores, calamitates ingētes, quę in vna sola oue, Paulo scilicet, expēdere poteris: qui sequente toto Orbe, inferno etiam ipso sequente, tam secure cubabat, vt Rom. 8. diceret: Certus sum enim quod neque mors, neque vita, neque angeli &c. Quę est illa virtus admirabilis, quę rapit, afficit, & transformat? Id obsecro mihi ostendas. Admirantur enim magnoperē sanctorum animę tantam in verbo Dei & pastu isto efficaciam. Vnde Chaldaeus interpres sapienter satis hunc locum exponens, in sentētia inquit. Cūm Moles propē interitum iam esset, dixit. Domine scio vel reuelatione aliqua interna vel altiori aliquo prophetiæ gradu, quod populus hic multis te peccatis irritabit, ob eamque causam ibunt aliquando in miseram captiuitatem, [Ostēde mihi obsecro quomodo pascas,] id est, abstrusorem illam rationem ducendi animos & gubernandi, & afficiendi. Nam artem istam & disciplinam tu solus nosti: stultum enim esset, ac planē demens, me velle id tantum munus vsurpare, nisi te habeam magistrū, præceptorem, inspiratorē. Causam verò timoris exponit, propter quam tam vehementer optat, vt sibi indicetur vbi sponsus habitet: [ne quando (inquit) errare incipiam post greges sodalium tuorum,] Textus Hebræus videtur habere: [ne fiam sicut amicta aut inuoluta post greges sodalium]. אֲמִירָא וְאֲמִירָא Nam אֲמִירָא amiciri significat, sed significat etiam & vagari, & declinare. Quāuis Rabbi David Kimhi, vt in Rabb. אֲמִירָא in hac declinādi significatione id verbū vsurpet. Liceat colligere ex verbis spōse sumā verecūdiā inge-

& ingenuū pudorem eius, quæ nolit ad tabernacula pastorum declinare, aut post eorum greges vaga & errabunda abire. Quibus verbis, præter hoc quod venustissime Salomon metaphoram seruat, tribuens Spōsæ pudorem & verecundiam illam, quæ optimas scēminas maxime decet: ostendit etiam, qualis sit diuini amoris vtilitas. Nam q̄ Plato de vulgari amore prodidit (referente Phedro) quod scilicet absterret nos à turpibus, & ad studium honesti impellit, multo magis sit tribuendum diuino amoris: imo hæc proprie à diuino amore proficiscuntur. Vtrumque perspicui potest in his Sponsæ verbis, quæ tan sedulo postulat ab Sponso, sibi indicet quibus in locis agat: ostendat sibi præterea, quomodo pascat, quomodo accubare faciat in meridie. Inuenitur in hoc postremo honesti studium, in priori illo timor quidam incurrēdi turpitudinem aliquam aut dedecus. Ne (inquit) errare incipiam, seu vagabunda errare. Nam si semel quispiam deficiat ab Sponso, aut pro Sponso alios imitetur pastores, fit necessariò errores incurrat innumeros. Nam veritas illa stabilis & constans, quam humanus animus tantoperè cupit, in pascuis Spōsi, & tabernaculis inuenitur. Nam apud alios pastores, quāuis veritas in specie tractetur, quærat, excutiat: varios tamen errores, eorum decretis admisceri, nullus est qui ambigat. Vnde & Sponsus ipse Christus Iesus, quoniam illius doctrina humanæ naturæ maxime esset consentanea, & quasi esset stabulatio quædam bene conditæ naturæ, renascentiam appellat, & regenerationem. Quocirca, cum pronus feratur humanus animus in ea quæ sunt certissima, atque cum veritate magnopere cōiun-

cta, ea maxime naturam humanam possunt iustaurare, quæ certissime veritatem docent. Paulus autem Apost. duobus titulis potissimum, illustrat Euangelium Christi: nam & verbum veritatis appellat, & Euangelium salutis: (vtrumque ad Ephesios scribens). Et verbum veritatis primum appellat doctrinam Spōsi, quoniam in aliorum pascuis mille Labyrinthos, errores, ambages veritatis autem, aut nullum vestigium, aut tenuem quandam vmbra illius comperire possis: Verbum autem salutis, quoniam sola hæc doctrina antiquos peccati morbos possit depellere, vtrumque facultatis nostræ, intellectiue & appetitiue. Nam & mentē de rebus diuinis mirifice instruit, & appetitiuam virtutem rapit, & transformat in amorem honesti. Hinc etiam & Christus magister vite, totam Euangelicam doctrinam inuentis hominum, & erroribus opponēbat, cum eam Veritatem appellabat apud Ioannem Euangelistam. Audietis (inquit) veritatem, & veritas liberabit vos. Sit nobis exemplo eorum quæ diximus diuus Augustinus inter cæteros: qui cum nondum Sponsum cognouisset, illius pascua, & pastorica disciplina, hoc est, sacras literas propter simplicitatem styli: capitur à Manichæis, eorū sectabatur vestigia, tanquam veros pastores, & Spōsi sodales, sectam illorum tuebatur constantissime: existimabat non homines esse qui peccamus, sed aliam quandam naturam, quæ in his summum obtinet imperium: ambigebat præterea de re ista, an philosophi quos Academicos appellamus, qui de omnibus dubitandum esse statuebāt, ceteris omnibus essent præstantiores: vix poterat credere quidpiam esse vlla in partena-

turæ,

turæ, quod non mole corporea esset affectum: obeamque causam in diuersos incidit errores. Credebat enim substantiam quandam malam esse, deformem & crassam, quam credebat super terram repere: eam malignam mentem appellabat. Non poterat satis intelligere Deum ipsum à linea mentis corporeis prorsum esse alienum: longum est recensere, quos de Christi incarnatione animo conceperat errores. Sentiant etiam & ægritudines quasdam, si non circa fidem, saltem circa mores, qui à magalibus Sponsi declinantes, aliorum hominum pascuntur industria. Hinc videmus apud quosdam furta, fornicationes, detractiones, tanquam leuissima haberi peccata, ut omittamus, pleraque doceri ab hominibus stultis quæ magnopere dissideant ab Sponsi placitis. Ne igitur Spōsa vagabunda, & suarum rerum incerta, hos errores incurreret, inquit: [ Ne errare incipiam post greges sodalium tuorum. ] Prouide satis & sapienter cum de improbis loqueretur, greges dixit: ut intelligas numerum stultorum esse infinitum, & eos qui sectentur errores hominum, nullo posse numero comprehendi. Christus magister vitæ, eos qui per latam viam ingrederentur, multos esse dicebat, & infinitos: & ex semine illo in terram coniecto, quarta pars cum fructibus colono respondit, tres reliquæ perire. Eos vero qui sectantur Sponsi vestigia, pascunturque iuxta illius magalia, non greges, sed gregem appellat. Nolite (inquit) timere pusillus grex. Eos qui ingrediuntur per arctam viam, paucissimos esse dicit. Exiguus igitur fuit semper bonorum numerus, quemadmodum improborum numerus copiosus, & amplus. [ Ne vagari (inquit) incipiam post greges so-

dalium tuorum. ] Chaldeus interpretis magno cum iudicio (ut et ihi videtur) sodales Sponsi idola gentium appellat. Quare, (inquit) erunt filij Israel transmigrantes inter greges filiorum Esau, & Ismael, qui applicat ad te, idola sua pro socijs tuis? Id enim ingenti studio stultus hic mundus, & miser, & infelix semper curauit, Sponso socios quosdam, seu sodales contra omne ius, fasque tribuere: cum tamen Sponsus pro sua maiestate & dignitate nullum possit habere sodalem, hoc est, parem & æqualem. Sponsus se magistrum appellat dicens, Vnus est magister vester. Et iterum: Vos vocatis me magister & Domine: Et, nolite vobis vocare magistrum super terram. Inuenit hic mundus, ipso magisterij titulo Sponsi sodales, qui errores dumtaxat, & somnia quedam profitentur. Et patrem Deum appellabat dicens, Vnus est enim pater vester. Excogitauit humana dementia quosdam patres patriæ. Et quia seruator appellatur Sponsus: seruatores alios. Facinorosi præterea homines improbi, sodales æquales & pares Sponso adinuenere: cum quisque (ut superius diximus) certa quadam religione, impia, & nefaria, suas voluptates & delicias tanquam idola colat & amet. Sufficiant nobis quæ superius diximus de idolis hominis peccatoris. Si autem nobis probetur alter ille sensus, qui ex fontibus Hebraicis eruitur: erit forsan lectori non ingratus. Erat sensus ille. Ne fiam sicut amicta vel palliolata, hoc est, ne fiam veluti scortum inter greges. Nam scorta velabantur antiquitus, quemadmodum constat exemplo Thamar, quæ, ut scortum Iudæ imponeret, & scortum se esse mentiretur, deposuit viduitatis vestimentum, peplo se amicuit, & con-

Matt. 23.

Ioan. 13.

Matt. 23.

Genes. 38

confedit in biuio, Iudas autem meretricem existimauit : & inquit texrus. Nam operuerat faciem suam. Inuenio etiã & apud Ethnicos hunc morem inualuisse, vt scorta, & mulieres etiam in adulterio deprehense velarentur: hoc est, togam induerēt. Vnde Tibulus Epigrammate quodã pro Sulpitia.

*Sit tibi cura togæ potior, presumquẽ  
qua sillo*

*Scortum quam serui filia Sulpitia.*

Togã dixit pro scorto. Et Horatius, & Porphyrius cõmẽtator testatur, deprehẽdas in adulterio mulieres togam induisse. Vnde Iuuenalis illud.

Talẽ nõ fumet damnata togam.

Ergõ adultera & scortum censenda est anima illa, quæ vnico sponso cõtempo, alios querit, quos sectetur & amet, & nunc hos nunc illos imitatur, omnibus tanquam vilis meretricula exposita, & tanquam scortum publicitus prostrata, libidinum publicarum victima effecta. Quid velit spiritus diuinus hoc loco insinua re experimento exploratum habebat Salomon Epithalamiographus, qui postquam semel ab Sponso defecit, & ab illius magalibus aberrauit, nullum penẽ fuit genus flagitij quo se non contaminarit, & vt se tãquam vile scortum libidinibus expleret, vehementer ad eõ mulieres alienigenas adamauit, vt idola gentium coleret, reiecto pudore, contempta pietate & religione. No-

3. Reg. 11

Roma 6.

Ephes. 4

runt etiam quid dicam, qui relicto vnico Sponso Christo Iesu ceperunt seipsos tradere omni immunditiæ & nequitia: ( vt inquit Paulus ) qui tanquam meretriculae propter longam peccandi consuetudinem, non sentiunt quæ admittunt facinora,

*Si ignoraste, ò pulchra inter mulieres, egredere & abi post vestigia gregum tuorum. Et pasce hẽdos tuos, iuxta tabernacula pastorum.*

SOlet hic locus à multis exponi, de ignorantia propria, & cognitione sui. Vt sit sensus. Si te ipsam non agnoscis, ò Sponsa, egredere & abi &c. Ita vt antiqua illa sententia, quæ cœlo credebatur de lapsa, cum his Salomonis verbis maxime conueniat. Agnosce te ipsum. Nam nulla est in omni rerum contemplatione siue cognitione pars magis necessaria, quàm vt quisque nostrum in se descendat, se habeat exploratum. Nam quemadmodum ex propria ignorantia nascitur alia, quæ nos detrudat in exitiũ, ignorantia scilicet Dei: ad eundẽ modũ propria cognitio, Dei cognitionẽ parit, & gignit. Vnde pender tota nostra sc̃licitas & beatitudo. Id Moses aliquando cõtẽdebat, vt filij Israel hoc philosophiẽ genũ minime ignorarẽt: cũ dicebat. Attende tibi ipsi. Nam ad eõ periculosa est propria ignorantia, vt sponsus præfenti carmine grauissima comminetur aduersus Sponsam, dicens. [ Si ignoras te, ò pulchra, egredere, & insequere vestigia gregum, ] hoc est vulgi, [ & pasce hẽdos tuos, ] lasciuientes scilicet motus carnis, et pueriles affectus, [ circa tabernacula pastorum, ] eorum scilicet de quibus iam superius diximus. Mihi verò re consideranti videtur, verum ac genuinum huius loci sensum maxime pendere ab exactiori cognitione Hebraicẽ linguæ. Nam habent Hebræa præfenti loco, pro eo quod nos habemũ si ignoras te *לֹא יָדַעְתְּ אֶתְּךָ* Quæ in hunc modũ etiam verti meo iudicio possunt. Si nescis ò pulchra egrede-

Gene. 22

egredere & abi &c. Nam his quæ dicuntur præfenti loco, de propria ignorantia, & ignorantia Dei, locum fecit (vt arbitror) pronomen illud quod in Hebræo habetur  $\text{אֲבִי}$ . Rabbi autem Gerundenfis notat super illud Genesis, 22. Dixit Dominus ad Abraham egredere de terra tua & de cognatione tua, & veni in terram &c. quo loco habent Hebræa,  $\text{אֲבִי אֲבִי}$  Vertendum esse, egredere, & non egredere tibi, aut egredere te, vt quidam putant, esseque idiotifimum linguæ: Quemadmodum & alibi dicitur: Tranfite vobis torrentem. Vnde & interpret noster, quamuis hoc loco vertat, si ignoras te, fequenti capite (fecundo feilicet) pro  $\text{אֲבִי אֲבִי}$  vertit, surge, non surge tibi, Nam surge te non poterat verti, quod id non pateretur ratio latinifatis. Poterant ergo (vt quibusdam placet) fic verti: Si ignoras pulchra inter fœminas: aut si ad verbum vertere placet: Si non agnofcis, aut, si nescis. Oportet igitur in mentem reducamus, fponfam vehementer defiderafse probè tenere ratione pascendi gregis, quâ fponfus magna cum laude exercebat. Id enim rogabat instantiffimè, ne cogereetur in aliorum pafcorum magalia incidere: id quod eius verecundia minimè patiebatnr. His ergo verbis respondit Sponfus, dicens. Si ignoras o pulcherrima, si nescis quibus diuerfer in locis, [egredere & abi &c.] Primò ergo pulchram appellat. Nâ prima elemèta internæ venuffatis, quæ magnos Dei erga nos excitat amores, funt, & cognitio, & abdicatione antiqui erroris, tum etiâ & cognitio boni & optimi. Hæc duo in fuperioribus fponfa profelfa erat, cum & Sponfum folicitè quæreret, & antiquos detefatabatur errores, cum di-

ceret. Ne vagabunda errem circa tabernacula pafcorum. Nam & qui circa rerum contemplationem verfantur, effectus illos pulcherrimos præfantesque iudicant, qui fuis caufis perfimiles fieri contendunt: id verò, aflequi non poffunt: nili magno impetu in fuas caufas feratur, & ad eas fele conuertant. Vera autem hominis pulchritudo in animo fita eft, vt eft à nobis in fuperioribus fufius tractatum. Conuincitur ergo eam animam pulcherrimam effe, quæ omnes fuos motus in Deum dirigit, & ei fimilis fieri vehementer expetit. Id autem fieri, cum per religionem, tum etiâ per agnitionem antiqui erroris, & nouum cultum & amorem honefti, quibus omnibus interiores animi facultates perficiuntur, nullus eft qui ambigat. Conftantem igitur erat, vt poftquam fponfa hæc prima venuffatis elemèta tam effeet foelicitè aflequuta, pulchra & venuffa ab fponfo appellaretur. Quæ verò ad interpretationem carminis, & grauiiffimam comminationem fponfi attinet, duobus (vt mihi videtur) rationibus poffint expediri. Altera eft, vt fit veluti præfagium quodam, & veluti augurium, vel vaticinium, de futuris rebus, quæ iftam ignorantia fponfæ confequi potuiffent. Eritque fenus. Si ignoras o fponfa vbi pafcam, quomodo accubare faciam, quibus in locis diuerfer, ego in aurem inftilabo, quæ te apprehendent incommoda. Nam egredieris, aut egredere fi videtur, feftaberisque multorum veffigia, fidem feilicet mutabilem & inconstantem, mores peruerfos: illos imitaberis, qui fuæ dignitatis obliti in pecudes degenerarunt: pafces hoedos tuos iuxta eorum magalia, qui cum paftores appellentur, lupi funt: & pafces

pascas hœdos, hoc est molles & lasci-  
 uientes affectus, in latis & spatiosis  
 perditorum hominum vijs, & carnis  
 concupiscentijs & libidinibus: vanis  
 cogitationibus, alijsque erroribus  
 acquiescendo: idque iuxta taberna-  
 cula pastorum, eorum falsas doctri-  
 nas, peruersa dogmata, aut vanitatis  
 aut impietatis plena, largius imbibē-  
 do. Proponit itaque Sponsus spon-  
 sœ charissimæ quæ (proh dolor,) mul-  
 torum animæ experimento norunt,  
 quam scilicet miseranda sit illorum  
 fors, atque conditio, qui ignorantes  
 Sponsi verique pastoris magalia, &  
 pascuâ, rationemque pascendi, alijs  
 se pastoribus committunt: quorum  
 perniciosa doctrina, moribus, exem-  
 plo, in manifestum præcipitium spō-  
 te se dedunt. Polsis & per Ironiam  
 hunc locum interpretari ad huc mo-  
 dum. Cùm spōsa apud maritum aut  
 sponsum feliciter agit, magna est  
 apud sponsum æstimatione, multif-  
 que rationibus sponsum illam hono-  
 rat, blandè & humanè tractat: deni-  
 que omnia præstat officia, quæ solēt  
 optimi mariti charissimis vxoribus.  
 Hæc inquam si ignoret sponsa, ne-  
 que attentius velit aduertere qua sit  
 conditio, qua sorte apud maritū:  
 illamque cupiditas aliqua aliorum  
 amatorum vehementius incessat: iu-  
 rē optimo possit sponsum dicere (rā  
 quam per ironiam) ignoras o charis-  
 sima sponsa, qua sis apud medignita-  
 te, quo honore, qua conditione: egre-  
 dere igitur, & alios sectare amato-  
 res, nam postrema illa miseria, quam  
 apud alios experieris, presentis te foe-  
 licitatis commonefaciet. Hæc quæ  
 diximus, & antiquæ Synagogæ sæ-  
 pius acciderunt, & cuique nostrum  
 postquā semel ignorato sponso Chri-  
 sto, ignoratis illius magalibus, con-  
 tempta propria pulchritudine, quā

sponsi beneficio sumus adepti, no-  
 stris voluptatibus & libidinibus mo-  
 re pecudum operam damus. Lege  
 totam scripturam sacram: vide quib-  
 us incommodis affecta fuerit illa  
 antiquior sponsa, cùm sponsum de-  
 seribat, & ad alios se conferebat pa-  
 stores: & facile intelliges, quid velit  
 Salomon hoc carmine subindicare.  
 In eam rem editus fuit psalmus ille,  
 Super flumina &c. At verò si meum  
 circa huius carminis interpretatio-  
 nem liceat iudicium proferre: potius  
 videretur beneuola quædam & amica  
 admonitio Sponsi erga spōsam, qua  
 ad erudiendos hominum animos, &  
 ad formandos mores, sæpe Deus in  
 literis sacris cùm in veteri, tum in no-  
 uo testamento usus est. Legimus fre-  
 quenter, Deū Op. Max. sanctorum  
 atque piorum hominum (quos pos-  
 sis totius veteris Testamenti vel pro-  
 ceres vel primores appellare) pieta-  
 tem, religionē, optimosque mores  
 recensere, ac subinde crebrius incul-  
 care. Hinc (vt arbitror) nascuntur cre-  
 bra illæ repetitiones sanctorum pa-  
 triarcharum, Abraham, Isaac, & Ia-  
 cob: pastorum præterea, quæ cum il-  
 lis pepigit: tum etiam quod sæpius  
 dicebat. Hæc faciam propter seruos  
 meos, Abraham, Isaac, & Iacob: vt re-  
 liquos omnes mortales ad sectanda  
 eorum vestigia fidem, spem, charita-  
 tem, denique omnia pietatis & reli-  
 gionis monumenta excitaret. Idē fa-  
 ciebat, cùm rex Israel ad verū cul-  
 tum, veramque religionem traduce-  
 re nitebatur. Nam opera sanctissimi  
 David, charitatem, mansuetudinem,  
 lenitatem, pietatem & religionē er-  
 ga Deum frequenter proponebat: &  
 sæpius Scriptura sacra meminit  
 quosdam ambulasse in vijs David,  
 alios verò ab eisdem vijs hoc est, ab  
 eisdem vestigijs, cura honesti, studio  
 que

Gene. 26.

1. Para. 11  
ct. 17.

3. Reg. 3.

que pietatis declinasse. Et Christus redemptor noster in Euangelio Ioannis ad imitationem operum Abrahamæ stultum & impium populum excitabat, dicens. Si filij Abrahamæ estis &c. Vt ergo sunt pastores iniqui, ambitiosi, qui multis ægritudinibus & morbis animi laborant, neque opus pastoris prout ratio postulat exequitur: ita etiam & pastores habuit ab initio cõditi orbis, quorum exemplo, vita, doctrina, rudes & hebetiores animos voluit instituere, ad quorum imitationem perpetuò mortales excitabat, vt illorum semper vestigijs inhererent. Accedit ad hæc, quod in Scripturis sacris quidquid pertinet ad optimam viuendi rationem, quidquid ad iustificationem hominis, ad pietatem, religionem ad excitandos amores diuinos, ad inuicendum terrorem propter admissa peccata reuelata sunt, nostrisq; oculis exposita, partim in sanctorum exemplis, partim etiam in supplicijs improborum. Itaque fingamus animam aliquam Dei cupidam, quæ cognitis aliorum erroribus, fraudibus & imposturis, sollicitè Sp̃sum quærit, optatque scire, quibus in locis agat, & diuersetur, quæ sit pascendi ratio, quas suas oues omni virtute & pietate efficit succulentas & pingues. Animæ inquam hæc obnixius desideranti, & expetenti, Sponsus respondit presenti carmine. Cupis ò Sponsa probe scire, quibus in locis diuerser, qua ratione pascam, cubareque faciam in meridie: vis omnia religionis momenta exactius tenere, quæcunque pertinent ad Fidem, Spem, Charitatem, quæcunque ad hominis iustitiam egredere, & sectare vestigia populi ab initio electi, & pascere hœdos tuos iuxta tabernacula maiorum, quos ego veluti exemplaria quædam to-

tius virtutis, & probitatis, mortalibus proposui. Denique egredere ab innani & falsa philosophia, ab huius mundi sapientia plus nimio tumente: legito literas sacras: illic comperies populum à Deo selectum, qui vera religione & constanti tenebatur: comperies illic humanæ iustificationis modum. Abraham è terra sua vocatum, vt iusticiam & familiaritatem Dei consequeretur: vt tu ipsa, quæcunque gratissima tibi videntur, quæcunque vehementius delectant, contemnas, & reicias, modò velis iusticiam & beneuolentiam Numinis assequi: inuenies illic fidem per externa opera, & obedientiam mandatorum maxime probari, exemplo Abrahamæ, qui neque à cruenta nece, charissimi filij abstinere voluit, vt Dei explet mandata: inuenies in sanctissimis omnibus Patriarchis quodam exemplar quod imiteris, ferendi equo animo grauissimos æstus & ardores solis. Extorres & peregrini fuerunt in terra, nullam ciuitatem habentes, sed futuram expectantes, multis iniurijs lacessiti tranquille & quierè agebāt, sola conscientie securitate contenti. An capere nescis: qua ratione animus Dei timore pascatur? Legito etiam Scripturas sacras, ingredi maiorum vestigia: inuenies totum penè orbem propter grauissima peccata affectum veluti postrema clade: ciuitatem Sodomorum igne conflagrasse ob eandem causam. Repete antiquitatem fratricidij impij Chai: inuenies horrendum exemplum diuinæ iustitiæ in eum declaratum. Denique si ignoras opulehram, Scripturas sacras euolue, quæ tibi abundè suppeditabunt huius rei quam cupis cognitionem. Inuenies impiorum hominum greges propter scelera & flagitia, grauissimis pœnis mulctatos, proborum ho-

minum



minū & factōrū familias multis modis ornatas, locupletatas, amplificatas. Ergò quicūq; anim⁹ ei⁹ rei ignorātia tenet, de qua Salomon dilserit præsenti carmine, iure mittit ad repetēdā antiquitatē Scripturarū vbi hęc omnia perspiciuntur. Quāobrē non possum non laudare Chaldaū paraphrastem, qui hūc locum exponens, dixit, Deum ad Mosē dixisse, cum ab illo contenderet extorquere optimā gubernandi rationē: Cupis (inquit) vt anima mea te diligat? ambula in vijs iustorum, & ordina rationē eius in ore perfectōrū, siue maiorum illius! &c. Nā antiquitatem maiorum repetere, & illorū gesta sæpius animo voluere, certissima quædam est instructio ad bene beateque viuendum. Hinc illud regij vatis: Cogitavi dies antiquos & annos æternos in mente habui. Et meditatus sum nocte cū corde meo, & exercitabam circa eam rem spiritum meum. Nam siue relaxandus sit animus, siue pellenda mœstitia, siue fiducia concipienda de diuina misericordia, siue iustitia enixius inuestiganda, excitandus amor, concipiendus timor: recogitādi sunt semper dies antiqui, & anni æterni, maiorūque vestigijs semper inherendū est. Paulus Apostolus sepe Christum, sepe seipsum, frequenter sanctos patres & antiquos (præsertim in epistola quæ est ad Hebræos) proponit imitādos: Christus etiam sanctissimum Abraham. Vnde iuxta ea quæ in literis sacris prodita sunt & reuelata nobis, cum animus dubius & nutabundus circa nouas doctrinas, rationes viuendi, instituta vacillat: semper ad antiquitatem, tãquam ad cotein, omnia sunt exigenda. Idem etiam dixerim de omniū disciplinarum totaque theologiæ ra-

tionē. Illud possit aliquis in dubiū vertere: quare signanter sponsus cū sponsā cōmonefaceret, hœdos pascēdos dixit? [Pascē (inqt) hœdos tuos,] Id quidā de educatione filiorum interpretantur. Quod mihi non videtur nimium à ratione alienum. Nā hoc frequenter multis in locis multisque verbis commendabat sponsus apud Mosē, vt ingenti cura populus Dei huic negotio incūberet, educandorum filiorum: id verò iuxta maiorum instituta, leges, rationesque viuendi. Nam diuinas leges voluit, optimosque mores à pueris & infantibus iam inde à teneris annis altius imbibi, quòd esset res ad tuendam reip. vtilitatem, & ad propagandam religionem apprimè necessaria. Diuersa habes testimonia huius rei, quàm sollicitè Deus id Hebræorū populo iusserit. Sed vt hæc partim vera sint, & sponsæ verbis maximè consentanea: sed aliū aliū quantulū repetendus est stylus iste, quo res fiat multò dillucidior. Est igitur aduertendū, inter eos qui de re rustica conscripsere, illud fuisse vigilantissimè obseruatum, quæ partes alendorum gregum maiori egerent industria & sedulitate quæ verò minore. Inter reliqua igitur quæ literis prodidere, hoc vnum est sollicitè annotandum, quòd pascere oues siue capras, hominem requirit solertē, industriū, laboris patiētissimū. Nā oportet, nūc sequatur gregē, nunc verò præcedat. Et si capras pascit, oportet, nōnūquā p solitudines, nōnūquā, per rupes, & cōfragosa loca, deducat: id quod sine magnis laboribus fieri nō potest. Pascere autem hœdos multo minori labore quicūq; possit præstare. Aut enim custodiūtur obscuro & calido sep-

E  
gea

gea cum comparibus clauduntur, ne marcescant nimia puerili exultatione: aut pascuntur intra stabulū, aut circum magalia ipsa, cum iam firmiores sunt aliquantulum, cytilo aut medica, aut fursuribus: quę omnia, quamuis aliqua egeant industria, temper tamē ab his qui rei pecuarię sunt intenti, pueris id negotij, & puerulis etiam mandatur. Voluit igitur Spōsus subindicare, cum de pascu hęc dorum intulit mentionem: pascere greges siue ouium siue caprarum, res est laboris plena, plena difficultatis: eget robore, eximia solertia, sedulitate ingenti. Quę admodū ergo superiō comonefeci, vt si p te ipsam nescias vbi habitat Spōsus, vbi cubet, maiorū hęc reas veltigijs: ita etiam secundō vehementer monco, vt postquā hęc feceris, tecum viuas, vires expēdas, animi prōtitudinem, qualitātē deinde & amorem, quę maximē sunt necessaria ad alendos greges: postremō peritiā artis. Quod si his omnib⁹ reb⁹ nō a deo lōge prouecta es, vt greges caprarū & ouiuū possis pascere, pascito hęc dōs iuxta tabernacula pastorum: nam id feceris multō minori negotio, minoriq; periculo. Sūt ergo in ipsa Christiana religione, (quę admodum cum antiquitū floreret lex Mosaica) opera quędam eximia sanē, atque pręclara: quę tamen sine multis magnisque laboribus, sine multo sudore, vix possunt exequi ab homine quātūvis industrio. Et vt vnum aut alterum exemplū proferamus: pascere hominum animos, opus est minimē delicatū: oportet enim qui aliorum animos suscipit curandos, & instituendos, tantū virtute supra reliquos excellat, quantum Saul Hebręorum gētem. Parum dixi: hic enim non agimus

1. Reg. 9

de corporis proceritate: imō oportet cęteros tam longo interuallo pręcedat, quanto homines rationis compotes bruta ipsa, & pecudes rationis expertes. Nec satis exprimitur pro rei magnitudine pastorica ista allegoria, ingens illud periculū imminens his qui animos hominum suscipere formandos. Multa enim sunt adiumenta, vt morbos a pecudibus abigas. Nam primō sunt morbi aperti et manifesti, siue fames sit, siue pestis aut vulnus. Est etiam & aliud hoc ipso maius: quod pastores pro libito cogunt pecudes suas medicinam capere. Nam si aliquid sit incidendum, vtendum, secandū, in procliue illis est pecudes vincire: & aliud item pro alio pabulo prębere: & arcere a fluentis. Animorum autem morbi, quā difficile pastori se produnt! Nā quę sunt intra hominis spiritum, nouit nemo nisi ipse spiritus hominis. Quante igitur erit difficultatis, eis morbis mederi, quos non intelligis: cū etiā per sepe viu veniat, vt neque intelligere possis, morbus subsit necne: qui vbi se prodidit, tunc tibi maius negotium facessit? Neque enim licet homines tanta cum autoritate curare, quāta pecuarius homo oues aut capras. Vnde & admirabilis ille pastor Pau. Apo. Nō quod domine mur vobis (inquit) nomine fidei, sed quod adiutores sim⁹ gaudij vestri. Nec enim pastoris est, in subditos desēu ire ea violentia, qua solent seculares iudices. Qui cum homines facinorosos leges fuisse transgressos deprehenderit, magna se pręditos autoritate ostendunt, eos dēque vel reluctantes & inuitos, suos ipso rum mōres mutare cogunt. Pastorē verō non vim inferre, sed suadere tantū oportet quos curandos susceperit.

2. Cor. 11

2. Cor.

perit. Neque enim illi tanta facultas à legibus data est ad cohibendos hominū animos: nec si daretur eavis legum exercenda est. Nā Christus non donat æterna corona eos qui coacti, sed qui vltro sponteque à peccatis abstinēt. Iam igitur (inquit sponsus) postquā in te descēderis ò spōla, roburque, & animi cōstantiā habueris exploratam, tecū reputa, an possis maiores capras, teneras ac mollissimas pecudes, oues scilicet curare. Quod si huius artis & disciplinæ tibi vidēris ignara, hœdorum curam suscipias: pascito hœdos, iuxta tabernacula pastorū. Nō potes agere sacerdotem, parochū, episcopum, concionatorem verbi, facræ theologiæ professorem? pascito hœdos hoc est, vxorem ducas, rem familiarē cura: pascito hœdos, hoc est, liberos sollicitē probeque educa, vt Christū ab ipsis crepundijs degustent. Non enim omnes pastores: non omnes doctores (inquit vir ille admirabilis) non omnes Prophetæ. Voluit quosdam verbi prædicatione exemplisq; vitæ gregem Dominicum pascere: quosdam voluit contemplationi cœlesti incubere: alios vero sanctum & immaculatum colere matrimonium, liberos instituire, familiam sanctē gubernare. Quæ omnia in vnum collata, christianā rempub. absolutam efficiunt, & instructam ad omnem officij functionem. Si ergo non eas accepisti doctes, quæ ad pascendos maiores greges necessariæ sunt: præstabis minima, & pascēs hœdos iuxta tabernacula pastorum. Dicit aliquis: quid hæc habent cōnexionis cum his, quæ superius Salomon pollicitus est initio totius libri? nā dixerat se de amoribus dicturum. Si rem vt oportet, expendamus, comperiemus, nullā

vnquā artem aut disciplinam maiori egere dilectione, maioriq; amore, quā artē pascendorū gregū. Id multorum esse literis proditum, nemo est qui ambigat, qui sit vel mediocriter eruditus. Quod si ea quæ diximus, transferas ad artē curandorum animorum, quis est qui nesciat, Christum redēptorem, cum Petrum Apost. ampliori voluit esse inter cœteros dignitate, reliquosq; longē præcedere, rogasse eum: Petre amas me? Sin minus non præsumas tantum munus subire. Si amas: pascite oues meas. Non inquit, si vis ieiunijs conficere corpus, cuba super nudam humum, vigila continenter, iniuria pressis patrocinare. Tantū dixit. Si amas, pascite oues meas, Et iterum rogat, si amat. Et iterum, si diligit plusquā cœteros. Quæ quamuis Christus probe teneret, voluit tamen suorum animis infixū esse, quāta charitate & dilectione opus esset ei qui greges hominum curandos suscepisset. Constat ergo testimonio summi pastoris Iesu, Salomonem tum maxime de amore & charitate disputare, cū de pascendis gregibus agit.

*Equitatu meo in curribus Pharaonis  
assimilauit te amica mea.*

**P**R O [equitatu] Hebræa habent **תַּוְוָה** quod quidam interpretantur, equitatu meo: vt litera **ו** nō sit articulus datiu casus, sed pro litera **ו** scribat **תַּוְוָה**. Quāuis enim litera **ו** persæpe nominibus apposita dandi casum significet, sed interdum emphaticus est articulus, (vt satis offendit Rabbi David in sua grammatica) atque ita hunc locum interpretantur.

E 2 tur.

sunt omnes eandem escam spiritalem manducauerunt: & omnes eundem potum spiritalem biberunt &c. Igitur cum miraculum illud extincti & submersi exercitus Pharaonis pertineat ad libertatem illius populi veteris Synagoge, in hoc primo debeat consistere (vt arbitror) prima illa similitudinis ratio inducte a Salomone: vt quemadmodum illic Dei equitatus Pharaone exercitumque Aegyptiorum nullo negotio interemit, ita vt filij Israel in libertatem vendicarentur: ad eundem modum & sponsam assimilat equitati & exercitui filiorum Israel, propter libertatem filiorum Dei. Quis enim ambigere possit, populi illius gratissimam libertatem, post miseram postremamque seruitutem, praesagium quodam fuisse libertatis filiorum Dei? Nam quemadmodum illi a seruitute Aegyptiorum, ita etiam & sponsa diuino beneficio a seruitute peccati fuit exempta. Constat autem haec libertas filiorum Dei beneficio Christi Iesu, quemadmodum Paul. Apost. totumque nouum testamentum innumeris locis declarat. De libertate ista: Liberauit me a lege peccati & mortis. Ad Galat. 4. Qua libertate Christus nos liberauit. Et Iacobus Apof. Epistola canonica. Post deleras copias Pharaonis, & Imperatorem ipsum aquis submersum, nouam legem conditam a Christo appellat, legem perfectae libertatis. Nam vetus illa lex, quamuis medicamenta aliqua aduersus peccata virtute sanguinis Christi contineret, semper tamen erat aliquod peccati debitum, propter quod ipsi etiam Dei filij ab haereditate & regno prorsum excludebantur. Postquam vero verus Moses principem huius mundi Pharaonem, omnesque illius copias & vi-

res sua morte repressit: tantam filij Dei adepti sunt libertatem, vt nisi per illos steterit, & peccata fugere, & seruitutem peccati, recta possint ad regnum & haereditatem contendere, nullo impedimento aut obstaculo aditum pracludente. Et quoniam transitus ille veteris Synagoge inter medios fluctus, (Pauli testimonio) signum quodam erat noui baptismatis, nouaeque regenerationis faciendae per Christum (nam per baptismum nobis contingit haec libertas de qua disputamus, per baptismum a seruitute & miseria peccati primo vindicamur) iure Sponsus cum primo incipit collaudare Sponsam: & miraculo stupendo, quo fuerit saluati filij Israel, & libertati praeterea, quam fuerunt adepti, Sponsam assimilat, dicens. [ Exercitui siue equitati meo inter currus Pharaonis prostratos, & subuersos assimilauit te, amica mea. ] Fuerunt semper iam inde a condito Orbe huius libertatis filiorum Dei a seruitute peccati, indicia quaedam, quae potissima erant verae religionis monumenta: vt florente lege naturae, sacrificia quaedam & oblationes: deinde vero a tempore Abraham, vsque ad Christum Redemptorem, ipsa circumcisio: certissimum autem & efficax indicium libertatis huius, baptismus est: ad quem verustiora illa signa omnia referebantur, tanquam in finem. Cum igitur tota libertas filiorum Dei primo constet baptismo, cuius praesagium erat baptisma populi illius in mare (vt inquit Paul.) iure optimo Sponsus Sponsam assimilat miraculo vetustissimo, & Haebraeorum baptismati, propter libertatem iam dictam. Neque vero illud est

a no-

à nobis prætermittendum, quoniam Sponsus Spōsam commonefacit acceptæ ab sponfo libertatis, quamvis latenter. Refricat enim memoriam beneficij, cū meminit equitat<sup>o</sup> sui, cū meminit curruum Pharaonis, tam etiam cū meminit antiquioris illius baptismatis. Nam quemadmodum filij Israel, non suis viribus, non indultia, insequētes hostes deluferunt: ita etiam & Sponsa Christi, quod imperiū Sathane aufugit, qđ hostes inuisibiles ipsūque Sathanā delusit, non suis viribus, sed Sponsi equitatu, robori, sollicitudini, tribuē dum est. Totus præterea populus ille in Mose baptizatus est, ( vt inquit Paul.) Omnes in Mose & in mari baptizati sunt. Nam quoniam primus omnium Moses, vada maris ingressus est, iterq; populo Dei patefecit, tandem potuit allequi libertatē: & nos in Christo, ( vt inquit Paul.) baptizati sumus. Nam cū primus ille fluctus maris læuientis huius mundi, & mortis primus calcavit, omnibus nobis viam ad libertatem muniuit. Primum ergo quod in eo miraculo perspicitur, est libertas filiorum Dei. Perspicitur secundo, fortitudo quædam inuincibilis: ita vt similitudo ipsa possit & ad fortitudinem referri. Per similes es amica mea equitatu meo incurrib<sup>o</sup> Pharaonis. Et equitatus ille possit etiā & sanctis Angelis & spiritib<sup>o</sup> accommodari. Nam sæpius Scriptura sacra cœlites illos foelicissimos, equitatum Dei appellat, & currus Dei, & quadrigas Dei. Quæ omnia copiosissime tractantur à D. Dionysio in libris de cœlesti Hierarchia. Et Habacuc. Ascendes super equos tuos. Et Ioel propheta, cum diem aduenientis Domini denunciat, de exercitu etiam loquitur, dicens, Dedit Do-

minus vocem suam ante faciē exercitus sui: quia multa sunt inanis castra ei<sup>o</sup>, quia fortia & faciētia verbū eius. Costabit ergo similitudo si dicamus, Sponsam propter summā fortitudinē animi, a similitari equitatu Spōsi, hoc est, cœlitib<sup>o</sup> illis, qui prompti semper sunt, & expediti ad exequenda diuina mādāta: qui totū Pharaonis exercitū ipsūq; imperatorē breui momēto cōfecere, quē ad modum & exercitum Sennacherib. [ Similis es o Sponsa equitatu meo, ] hoc est, equis & quadrigis, exercitibus scilicet Angelorum: qui propter summam velocitatem & facilitatem exequendi mea mādāta, perniciosissimis equis & quadrigis assimilantur. Vt ergo equitatus ille facile exsuperauit, prostrauitque Pharaonis exercit<sup>o</sup>, ipsūque suffocauit vndis: ad eundem etiam modū, & tu ipsa, quæ dorsum iam curuasti vt susciperes sessorē, & frena diuini verbi libenter sustines, vt quocumque ego voluerim te flectam, & præceptorum habenis agam: quæ iā non propria voluntate incedis, ducis & reduces iam voluntate sessoris, tanto interuallo exercitus Pharaonis ipsūque Imperatorem excedens, quanto equitatus meus olim, cū læuientis maris fluctibus conuoluit, triumphās de hostibus fallacissimis, potentissimis, carnem, Pharaonem, mundum, omnes illius copias, artes & vires retūdis. Denique hostes potentissimos deijcis, non secus atque meus equitatus olim currus Pharaonis. Si verò equitatus nomen referatur ad exercitus Hebræorum: similitudo constabit, ipsa fuga periculi, vt sit sensus. Equitatu meo, id est, exercitui filiorum Israel, te assimilauit amica mea: cum periculum fugit insequentis Pharaonis, & exercitus

Exod. 14

4 Reg. 14

1 Cor. 9.  
10.Roma. 6.  
Galat. 3Habac.  
3.  
Ioel. 2.

E 4 AEGY

Aegyptiorum, contempfitque illorum conatus, impetus, minas. Habet enim hic mundus aduersus electos Dei currus, equites, quadrigas, copias pedestres, & equestres, habet milites subsidiarios, hinc vrgēt fluctus maris, illinc Pharaō: sed sponsa quæ per similes est equitatu spon-  
 si, contemnit, facileq; exuperat hæc omnia pericula, artes, machinamēta.  
 2. Cor. 11 Paulus flagris celsus, cathenis in-  
 nexus, multis affectus contumelijs, maris pericula, ieiunia, inediā, vigilijs, totum orbem, ipsos etiam qui summa dignitate imperij potiebantur, non secus euasit, omnibusque his periculis elapsus est, quā olim exercitus Dei, & Pharaonem, & copias illius & pericula etiam sæuētis maris. Et non solū hæc exuperabat Paulus verum etiam & gloriæ ducebat. Quid referam de Thecla, Agnete, Pelagia, nobilibus sceminis, tenera adhuc ætate & florenti? quā forti animo & excelso, & Aegyptiorum pericula & Pharaonis exuperarūt: tanquā nobiles victimæ, ad pericula, ad mortē, ad cruce tanquā delicias festinabāt. Vnde & diuus Ambrosius admiratus tantam in sponsis Dei fortitudinem, dicebat: exultat virgo inter leones, & prodeuntes bestias expectat intrepidē. Quid verō de Laurentio dicam: qui absumpto penē corpore scruentibus iniquis flammis, infracto animo dicebat ad tyrannū: versa & manduca? Quid mirabilius Pelagia? quæ à persecutoribus vallata & oblecta, priusquā in eorum conspectum veniret aiebat: Libens morior, nemo me manu continget, nullus proteruo oculo virginē violabit, mecum feram pudorem, mecum incolumem verecundiam, nullum prædones lucrum suę capient inso-

lentię, Pelagia Christum sequetur, nemo animi celsitudinem auferet, nemo captiuam videbit: liberam fidem integramque pudicitiam ad Sponsū deferam, pro illisquē fortiter dimicabo: quod seruum est, quod humile, quod abiectum, corpus scilicet, hic manebit, in nullos usus necessariū, aut vtile.

*Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis: collum tuum sicut monilia.*

**H**IC quidam vertunt dictionem illam תורנית turturem, quidam verō ornamenta, siue dispositiones. Noster interpret turturem vertit. [Pulchræ sunt genæ tuę (inquit) sicut turturis.] Cui non est animus repugnare, cum propter vetustatem huius editionis, tū ppter decretū Concilij Tridentini. Sed & cōmodē, vt videt, poterat verti locus, si dicerem. [Pulchræ factæ sunt genæ tuę siue maxillæ, cōuenientib; ornamentis, & collū tuum torquibus.] Nā vertendā fuisse hoc loco ornamenta, nec ipse (vt arbitrator) interpret negaret, quem admodum sequenti carmine: vbi eadem habetur dictio תורנית nisi quod תורנית ponitur temp absolute & תורנית cū genitiuo post se, sicut & omnia allā nomina Hebraica pluralis numeri, quæ in statu regiminis abijciunt literā ם. Locum igitur interpretemur (si libet) iuxta ea quæ diximus. Nam quāuis non sit reijcienda antiqua interpretatio: sed ornamentorum nomen etiam huic loco congruere videtur. Et licet a similitudo turturi, scio ego, quibus rationibus rei difficultatem emolliere contendant nonnulli, adducentes quædam de verecundia & pudicitia eius auicula, tum etiam & causas, propter quas Sponsa affe-  
 cta

Etta fuit pudore ingenti, (nā graui-  
ter reprehensa fuit ab spōso: tū & ni-  
mium collaudata. Primò, cūm di-  
xit, si ignoras te. Secundò, cūm  
eam assimilabat equitatu inter cur-  
rus Pharaonis: cūm propter acerbā  
reprehensionem, tum quod nobiles  
& generosæ mentes vix possunt,  
equo animo sustinere, suas audire  
laudas), sed suspicor ego per tur-  
turem non auiculam, sed ornamen-  
tum aliquod fœminarum illius tem-  
poris intellexisse veterem interpre-  
tem. Quod autem fuerit illud aut  
quale, explicare, non est facile. Nam  
quidam, sigilla perexigua turturū  
ex auro argentovē scite facta, alijs ve-  
rò, catenulas ex auro pertenues, ef-  
se volunt. Idem ergo arbitror esse si  
transferas ornamentum siue turtu-  
rē. Turtur enim (vt dixi) pars quedā  
mundi muliebris est, & species or-  
namenti. Iam igitur, postquam spō-  
sus Sponsam collaudauerat nobili  
atque illustri encomio, eam assimi-  
lando diuino equitatu inter currus  
Pharaonis, propter adeptam victo-  
riam, & indicia admirabilis fortitu-  
dinis, propter profligatos hostes: sta-  
tim de ornamentis muliebribus, de  
cultu & ornatu incipit differere, à  
muliebri cultu Sponsam cohone-  
stans. Duas autem ob causas, quan-  
tū existimare possum, Spōsus post  
superiores laudes, de libertate, forti-  
tudine, victoria, de quibus diximus:  
statim intulit mentionem moniliū,  
murenarum, aliorumque ornamen-  
torum. Prima est, quod antiquitū  
huiusmodi gutturis ornamenta, que  
solent decollo virginum pendere,  
Græcè *δρακόν* dabatur antiqui-  
tus, ob egregium aliquod facinus.  
Ouidius in fastis,

Ouid. 3. *Dat digitis gemmas, dat longa mo-  
nilia collo.*

Nihil ergò mirum est, si post victo-  
riam adeptam, post nobiles trium-  
phos domum reportatos, sponsus de  
monilib⁹, de murenulis, de que alijs  
ornamentis fœminarum intulerit  
mentionem. Secundo, solent Spon-  
si amorem & benevolentiam erga spō-  
sas iharissimas testari quibusdam  
donarijs: & ornamentis aureis, & ar-  
genteis illas subarrare. Nulli ergò  
debeat videri mirum, si sponsus vt  
suā beneuolentiā, & amorē erga spō-  
sam testaret, noua atque preciosa fa-  
bricauerit ornamenta, quibus cha-  
rissimam sponsam condecoraret.  
Quod si à me quærat curiosus le-  
ctor magis proximas causas hui⁹ ne-  
gotij, & in veros huius loci sensus  
velit penetrare: aduertat, occasione  
loquēdi de his ornamenti aureis at-  
que argenteis, sup̄ta fuisse ex his que  
referuntur Exo. ii. Quo loco legimus, Exod. ii  
diuino præcepto, veterē Synagogā  
& populū Dei, qui vices agebat spō-  
se, vasa argentea & aurea deo iubete  
ab Aegyptijs mutuò accepisse: dein  
de verò postquā maris vada sicco ve-  
stigio trāsire, hoste fluctib⁹ cōuolu-  
to, quē admodū Iosephus refert, & a-  
lij nobiles Scriptores, multò amplio-  
rē prædā ex i p̄so litore maris repor-  
tarunt: Deo sic rē moderāte, vt quid  
quid erat præciosum & admirabile,  
impetu fluctuum & estuantis maris  
in littora cōijceret. Quod ergò spō-  
sus meminit præsentī carmine orna-  
mentorū auri, & argenti, causa p̄xima  
atque certissima est, quod vetus Synago-  
ga post prostratos hostes, amplissi-  
mā prædā fuerit consequuta, præter  
vasa illa argentea, & aurea, que ab  
Aegyptijs mutuò acceperūt. Sic em̄  
solet De⁹. O. M. eis ipsis diuitijs &  
opib⁹, quas improbi & tyrāni infe-  
riorū hominū laborib⁹, & sudore so-  
lēt congerere, eos ipsos calamitosos

E 5 ho.

Exod. 1.  
 homines & pauperes & afflictos ditare. Hebræorū populus diu ac multū misera seruitute pressus, Aegyptiorum stultitiæ, & crudelitati, & avaritiæ seruebant, illorumque laboribus & afflictionibus longam suppellectilem, & amplissimas opes, & diuitias collegerat Aegyptiorū populus. Ea tamen omnia breui tempore in potestatem Hebræorum Sponsus transtulit, vt tandem Hebræi suis laboribus diuites & opulenti euaderent, Aegyptij verò, qui per dedecus & violentiam miserum populū vexabant & expilabāt, horrenda morte confecti iacerent. Sic nūquam sanctis animus despondendus est in hac vita, quamuis multis laboribus & afflictionibus malorum imperu, tanquā fluctibus agitentur, tametsi seruiant operibus luti & lateris: possit enim Sponsus, cui fidem, pudicitiamque seruant, ex istis malis & incōmodis, ingentes opes, diuitias, summam fœlicitatem, atque beatitudinē eruerē. Illud ergo tanquam certissimum animo retinendū est, sponsam Christi suis laboribus fore ditandam: ita vt prostrato Pharaone, & deuicto hoste, ex ipsis afflictionibus & molestijs, noua fabricentur ornamenta & monilia, quibus totum illius corpus mirificè condecoretur. Vides igitur quanta cum venustate, quanto cum artificio Salomon, post triumphum adeptum ex hostibus, intulit statim mentionem horum ornamentorum. Sed attende, (quoniam hactenus iuxta corticem literæ penè versati sumus) quemadmodum sunt ornamenta quædam corpori necessaria, vt illius augeat pulchritudinem & venustatem: ita etiam & ornamenta quædam interioris hominis, sine quibus decor & pulchritudo ipsa interioris vitæ nequeat consistere. Quæ igitur

sponsus præsentis carmine appellat ornamenta, torques, & monilia, tum etiam & carmine sequenti, murenulas aureas cum puncturis argenti, ego sic intelligendum arbitror, vt quemadmodum sponsa Christi olim ingenti copia auri & argenti diuersorumque spoliolorum ditior euasit (quæ omnia ornamenta appellat præsentis carmine Salomon) ita etiam & quæcunque diuinarum legum præcepta, iussa, consilia, iudicia, admonitiones, cohortationes, interioris hominis sint veluti ornamenta, monilia, murenule, &c. Adducor vt hæc credā, primo, quod hæc omnia ornamenta quæ in Hebræo textu טורקות appellantur, per paragogen, legem significant: quemadmodum ornamenta ipsa & instituta, præstantissimum aliquod genus doctrine. Si dicas, טורקות (sic enim Hebræi totā Legem, instituta, sancitaque significat) voluit Salomō, vt arbitror, voce ista, טורקות significare, quæ essent ista ornamenta, & monilia, quæ & faciem sponsæ totumque corpus condecorarent. Deinde non abs re, cum de his ornamentis loquitur Salomō, auri & argenti meminit. Nam Scriptura sacra leges diuinas aurum & argentū solet cognominare. Testimonium habes apertissimum apud Regiū vatē Dauid, ps. 18. quo loco de diuina philosophia & diuinis legibus disputat, illas efferēs miris laudibus. De siderabilia (inquit) super aurum & lapidem preciosum. Quasi dicat. Imperitis atque stultis rerum mortalium amatoribus, obscure videntur, aridæ, & ieiunæ: his verò qui sapientiam istam vel leuiter degustarunt, verum videtur aurum, argentum, gemmæ, lapilli que preciosi. Hæc sapientia est, quæ nullis fortunæ iniurijs amitti potest. Et super aurum

Psal. 18.

500



*Pfal. ii8.* aurum & Topazium se dilexiffe diuinas leges affirmat. Et alibi eandem leges argentum esse dicit septies probatum, purgatum septuplum: ita vt non fit mirum regem Salomonē diuinas leges præfenti carmine ornamenta aurea & argentea appellasse.

*Pfal. 11.* Adhęc, videtur mihi, & hic versus, & sequens præterea mirifice congruere, cum his quæ habentur *Exod. 19.* quo loco agitur de ferendis diuinis legibus. Quemadmodum enim sequenti carmine dixit Salomon, murenulas aureas faciemus tibi &c: ita etiam eodem capite Deus iubet, vt Moses, sanctificet populum Dei, & promittit, se leges illis daturum: ita vt quemadmodum dicitur in præfenti carmine & sequenti murenulas aureas faciemus tibi, ita etiam eodē capite, de statuendo fœdere, & condendis legibus varia traduntur. Præterea, naturale lumen rationis, quamuis suapte natura sit pulcherrimum, & animus etiam humanus sit sua natura venustus, eget tamen nihilominus noua pulchritudine aliunde conquisita, quæ per baptismum, vt superiori carmine diximus, habetur. Post adeptam verò pulchritudinem istam, adhuc sunt necessaria ornamenta quædam, sunt necessaria monilia, hoc est, diuina præcepta & instituta, diuinæque leges. Nam sine præceptis diuinis nos instituentibus, facile decuteretur flos ille pulchritudinis, qui per baptismū, post prostratum Pharaonem nobis cōtigit. Nam quæ sint expetenda, quæ verò fugienda, sine diuinis legibus nullus certa constantique cognitione assequi potest. Ea quæ diximus, multò magis videtur firmare sequens versiculus.

*Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento.*

**Q**uæ verba perinde mihi sonant, ac si diceretur: condemus tibi leges, & instituta quædam excogitabimus quæ tibi sint vice ornamentorum admirabilis artificij. Est autē murenula muliebri ornamentum, in similitudinem murenæ piscis fabricatū, à collo in pectus vsque depédēs, quo antiquitus (teste Hiero.) mulieres vti solebant ex auro fabricato. Vermiculatum autem dicitur opus, quod per minutissimas particulas elaboratum est in modum vermiū vel lumbricorū. Nā solēt artifices ornamentis aureis argentea fila inferere, vt albescētes argenti minutæ partes sup flauo auro resplendētes multò appareant gratiores atque iucundiores. Id alij vertunt: Cum stigmatibus argenti. Quod in idem recidit: siue id fiat filis tenuissimis, siue minutis punctis. Ad institutum igitur accedendo, sponsus ipse loquitur, quemadmodum & citato iam capite loquebatur. [Faciemus (inquit) tibi murenulas aureas &c.] Verbum faciemus, referendum est, siue ad totam sacram Triadē, siue ad Spōsum & Mosem: aut si mauultis ad angelos ipsos referatur, quorum ministerio (Pauli testimonio) leges illę fuerunt latæ. [Faciemus (inquit) murenulas aureas,] quæ ex capite colloqz pendeant. Vide quàm sint hæc consentanea cum his, quæ Deus, *Deut. 6.* iubebat: quo loco hortabatur Sponsam, oportere diuinarum legum, & mandatorum frequentem imò æternam habere memoriam. Ob eamque causam dicebat. Sint verba ista quæ ego tibi hodie præcipio, vt inculces ea filiis tuis, vt loquaris de eis, cum domi

*In epist. ad Marcellam.*

*Galat. 3.*

*Deute. 6.*

domi resideas, cum in via incedis, cum cubitum vadis, & cum surgis: & tanquam essent ornamenta quaedam muliebria, adiecit. Ligabis ea in signum ad manum tuam, eruntque monumenta inter oculos tuos. Scribes quoque ea super postes domus tuae, & in portis tuis. Is vnus locus sufficere debeat, ad exactam intelligentiam superioris carminis, & presentis versus, quem iam tractamus. Est enim vtriusque sensus idem, vt arbitror. Quoniam igitur Spiritus iubeat antiquitus, legis mandata habere in digitis, in brachijs, in capite, & omnibus penes corporis partibus, quibus solent foeminae huiusmodi adhibere ornamenta: venustissime Salomon, legis praecepta & mandata assimilat mureculis, & torquibus. Nam quod leges diuinas monilia appellat, quis non videat, vel ab ipsa vocis ratione, quae in Hebraeo, ab excogitando, inter Latinos, ab admonendo deducitur: his vocibus nihil aliud voluisse intelligere, quam diuina mandata & instituta? Nam monilia Latine dicuntur, quod admoeneant virtutis & honesti: quod benevolentiae Sponsi erga Sponsam memoriam refricent. Quae omnia quam abunde praesent diuina mandata & leges, nemo est qui ignoret. Nam virtutis, iustitiae, pietatis, perpetuo nos commonefaciunt: vt semper nostros animos incurrat, quid sit prosequendum, quid fugiendum, quid conseruandum, quid aduersandum. Deinde vero, quam egregie ornamenta ista atque monilia testantur Sponsi benevolentiam erga Sponsam! Nam & Exod. 19. antequam ornamenta ista, vigesimo scilicet capite, fabricaret, summam erga illos benevolentiam primo proposuit, dicens. Vos vidistis quae feci Aegyptijs, quomodo portauerim

vos super alis aquilarum, & duxi vos ad me. Et iterum: Eritis mihi in peculium excunctis gentibus: eritis mihi regnum sacerdotale, & gens sancta. Et quasi mandata ipsa legis instar ornamentorum muliebrium, huius benevolentiae Sponsam admoneret, statim mureculas & ornamenta fabricabat, dicens. Non assumes nomen Dei tui in vanum. Memineris, vt diem sabbathi sanctifices: Et reliqua mandata quae sequuntur. Quae (vt ex ethymologia Hebraice vocis **צוים** deducitur) perpetuo sunt excogitanda, & intimis animis imprimenda. Nam, vt ab eodem fonte Hebraeo deducitur, docent, instruunt. Quod igitur diuinum verbum, diuinasque leges Epithalamiographus monilia, & ornamenta, & mureculas appellat, ob eam causam factum arbitremur, propter quam Deus olim tam solite, tanquam ornamenta, iussit precipuis corporis membris adhiberi. Hoc genus philosophiae cum alius secum meditaretur regius vates David, toram psalmum Beati in maclati in via, huic negotio dicit. Non enim est versiculus aliquis toto psalmo, qui non meminerit legis Domini, mandatorum, praeceptorum, testimoniorum. Deinde vero vehementer concupiscit mandata Domini: tum neque halitum potest trahere praenimio desiderium reponit in corde, & in intimis animi medullis & recessibus pollicetur se aeternam illorum memoriam habiturum, reliquaque id genus alia per multa, quae longum esset recensere: Quae huc spectant, vt doceat regius vates, diuina mandata, leges, instituta, ornamentorum loco semper habenda: quae nos commonefaciant, instruant, erudiant, & Sponsi erga nos benevolentiam perpetuo

Exod. 20

Psal. 118.

Exod. 19

te-

testentur. Et vt omnia idem propheta paucis verbis complecteretur, dixit: Tu mandasti mandata tua custodiri nimis. Quasi dicat: in alijs possit verum habere celebratissima illa Hipparchi apud Platonem sententia: Ne quid nimis at verò, cum agitur de obseruantia mandatorum tuorum, adeo non est reiicienda particula ista (nimis) vt sint obseruanda, & obseruanda nimis. Id verò mandasti Deutero, 20. cum tam sollicitè videbaris vice monilium & ornamentorum corpori adhibere. Quod vero eas ipsas leges murænulas appellat præsentì loco, non vacat mysterio. Nam vt nuper à nobis est annotatum id genus ornamentorum à collo pendet, & collo superimponitur. Diuina autem philosophia, tñ etiam humana arrogantiam & superbiam, & fastum, collo præcipuè solet tribuere. Quod ergo ornamenta ista, murænule scilicet, collo appenduntur, quod mandata diuina murænulae appellantur & torques, perinde est atque si dicatur: superbiam nostram & arrogantiam, diuinæ legis meditatione, & contemplatione iugi reprimendam. Idem dixerim de ambitione & de innani gloria, de quæ reliquis animi pestibus: quæ omnes diuino verbo sunt pellendæ, & carnis imperus compefcendus, ne collum erigat, aut ne ambulet extento collo. Vnde & Sponsus, Christus Iesus morti proximus nihil magis suæ Sponsæ commédabat, quam murænulas istas & ornamenta muliebria, cum dicebat: Si diligitis me, mandata mea seruate: Et iterum, Si mandata mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea. Quod verò vermikulatas argento dixit murænulas, ego sic intelligendum censeo: vt quemadmodum aurum ad sa-

pientiam diuinam, ita etiam & argētum ad humanam sapientiam referatur. Diuinam sapientiam completuntur literæ sacræ, ita vt aurum appellari possit. Quidquid autem est in humana sapientia eximiū & admirabile, tanquam stigmata quedam siue punctula, aut vermiculos per aurum resperfos continet Scriptura sacra, seu diuina sapientia. Hic moralis Philosophia: quæcūque ex naturæ contemplatione optima sunt & præstantissima, quæ ad ciuitates moderandas & gubernandas attinent quæ ad instituendas domos, & domesticam administrationem pertinere dignoscuntur, quæcūque ad veram fœlicitatē & beatitudinem assequendam: hinc vera certissimaque metaphysica de Deo, & Angelis, traduntur. Neque his murænulis deest sua eloquentia, non iuuenilis, qualis est apud Cice. & Demosthenem, (quæ necessaria est hominibus, forensibus causis destinatis) sed senilis eloquentia, quæ viros ætate prouecta, & insigni grauitate deceat.

*Dum esset rex in accubitu suo, nar-  
dus mea dedit odorem suum.*

Inter cetera quæ hoc sacrum Epithalamium difficile reddunt, & obscurum, subita est personarum mutatio. Ecce Sponsus loquebatur [murænulas aureas faciemus tibi] subito Sponsa, non ad Spōsum, sed ad adolescentulas loquitur, dicens. [Dum esset rex in accubitu suo &c.] An legendum sit in accubitu, vt accubitus sit ad mensam recubere, magna est inter viros doctos controuersia. Ioannes Reuchlin de dictionibus He-

He-

Hebraicis de radice **נרד** expo-  
nit, in accubitu pro amplexu. Quā-  
uis in Græco sit **α, ἀνωδία** id est,  
in accubitu suo, ad mensam, scilicet:  
& non in accubitu, hoc est, in am-  
plexu, vt aiebat Ioan. Reuchlin. Ad  
uertendum igitur, priscos illos ho-  
mines non solum Hebræos verum  
etiam & gentiles solitos magno cū  
apparatu celebrare conuiuia, qui-  
bus adhibebantur ea, quæ suapte na-  
tura potuissent excitare gaudium,  
& depellere mœstitiā & sollicitu-  
dinem: in eamque rem adhibeban-  
tur vngueta, herbe, flores, & ea om-  
nia tandem quæ inter odorata no-  
minantur. Quò fit, vt Sponsa puel-  
lis se committantibus, præsentī car-  
mine, quasi declarat quòd commu-  
ni officio promeruisse sibi Spon-  
sum in conuiuio, vbi cum conuene-  
rat. Nam nardus, siue herba sit, siue  
vnguentum ex herba cōfectum, mi-  
rificam fragratiā reddit, id quòd  
in conuiujs opportunum satis iudi-  
cabatur. Est autem illud attentius  
obseruandum, quòd Sponsa tum  
primò affirmat nardum suam gra-  
tissimum dedisse odorem: siue cum  
sponsus accubuit iuxta eam ad mē-  
sam, siue cum in illius amplexu, vt  
inquit Ioannes Reuchlin. Nam an-  
tequam rex accuberet, erat nardus  
optimi odoris, sed nondum odore  
fragraret. Quò fit, vt (iuxta verba  
Spōse) humanus animus mirificam  
vim sentiat, dum ei assidet Spōsus,  
dum iuxta illum aut sedet, aut ac-  
cumbit. Nam nomine accubitus, pe-  
culiarem Numinis fauorē intellige-  
re oportet. Quam rem si probè ve-  
lis tenere, oportet in memoriā re-  
uocare, quæ Moses in libro Exodi de  
veteri Sponsa referat. Nā & illa Sa-  
lomonis menti altius erant infixæ:  
& quoniā illa in figura accidebant,

quæcunquē sanctis animis contin-  
gere debuissent, vsque ad sæculi cō-  
summationē. Cū hæc caneret po-  
pulus ille Hebræorum, cū verta-  
retur in Aegypto, postremaquē ac-  
miserā seruituræ vexaretur: nardus  
quidem erat, aut nardum habebat.  
Credendum enim est, inter illos ve-  
stigia quædam & scintillas antiquæ  
religionis mansisse. Antea tamen  
quā rex apud populum illum ac-  
cumberet, hoc est, antequā erga  
illos ostenderet summam beneuo-  
lentiam, & fauorem, nardus illa nō-  
dum præbebat aliquem sui odorē.  
Cœpit Sponsus iuxta Spōsam accū-  
bere, hoc est, illi impensius fauere:  
mittit Mosem, Aaronē, multisque  
miraculis & portentis populum il-  
lum cœpit illustrare: vnde statim  
nardus illa cœpit odorem diffunde-  
re: & quo magis nouis prodigijs po-  
pulū Hebræorum fauebat, eò maio-  
ri æstimatione & opinione cœpe-  
rūt esse apud Aegyptios. Quid ve-  
rò cū maria sicco vestigo transie-  
re, acerrimo hoste & inimico aquis  
cōuoluto, opib⁹ atq; diuitijs Aegy-  
ptiorū refertissimū: cū Dño cecinere  
epinicia, dicētes: Cātemus Dño, glo-  
riose enim magnificatus est? Multò  
maiorē sui præbuit odorem. Sed vt  
sūt humana omnia mutabilia, nard⁹  
illa cœpit frigore correpta, odorem  
retinere, cū aliquantisper sponsus  
à populo illo discessit. Nā cū in mō-  
te Syna Moses leges accipiēdo & in-  
stituta ad formandum populum il-  
lum, per dies aliquot moraretur, vi-  
tulum sibi fecere aureum, & ad ido-  
la gentium conuersi, nardus nati-  
uum amisit odorem: adeò sponsus  
erat necessarium, vt sponsus illā nō  
desereret, sed iuxta illā accuberet,  
& suo calore nardi excitaret odorē:  
alioqui torpētē reddit. Spōsus ite-  
rum

Exod. 7  
8, 9, et, 10

Exod. 14

Exod. 15

Exod. 14

Exod. 31

rum iuxta Sponsam accumbit, gra-  
uissimum crimen illi obijcit idolo-  
latriæ, ac multis verbis increpat fla-  
gitium atrox: iterum etiam Spōsa fen-  
tit vim illam mirificam, & nardus  
odorem gratissimum cœpit diffun-  
dere. Nam post acerbis reprehēsi-  
ones luxit populus peccatum admis-  
sum, neque cultiores vestes & orna-  
menta die illa corpori adhibuerūt.

Exod. 33 Is accubitus Sponsi adeo nobis om-  
nibus necessarius est, sanctis etiam  
hominibus Deoque charissimis, vt  
nisi nobis accumbat, si tantisper se  
cedat, nihil nobis possimus ipsi pa-  
rere, nihil cogitare, ( vt Paul. in-  
2. Cor. 3 quit) nisi mortem, exitium, & pec-  
catum. Perfenit magno suo incom-  
modo regius vates Dauid, quàm ef-  
flet necessarius is Sponsi accubitus  
sanctis etiam hominibus, & pietate  
& integritate vitæ suspiciēdis, cum  
in grauissima incideret peccata, quæ  
Scriptura sacra recenset. Sponso nō  
accubente, subducente se tantisper,  
in adulterium prolabitur, adulte-  
rium sequitur homicidium. Sed ite-  
rum accubente Sponso iuxta illū,  
nardus illa, quæ frigore peccati tor-  
pebat, sensit illius efficaciam, & vim  
admirabilem Sponsi, cum post acer-  
bam increpationem Nathan pro-  
phete in verba illa prorupit: Pecca-  
ui Domino: multisque lachrymis  
deinde contractas sordes eluebat.  
Dicebat verus Sponsus Christus Ie-  
sus apud Ioannem. Sine me nihil po-  
testis facere. Nā vt noster animus  
suapte natura sit nardus: sed mēs, ra-  
tio, memoria, sine Chri accubitu, fa-  
uore, & afflatu, nullum possit emit-  
tere gratum odorem. Ob eamque  
rem Paul. Apost. ad Romanos scri-  
bens audet dicere. Quicumque agū-  
Rom. 8 tur spiritu Dei, hi filij Dei sunt. Nō  
inquit Pau. quicumque operatur, qui

cunque cogitant, quicumque deside-  
rant: sed quicumque agunt, quasi  
dicas, impelluntur. Vt quemadmo-  
dum spiritus corporea membra, ita  
nos spiritus Christi excitat, & impel-  
lit ad operandum. Sancti Apostoli,  
interim quod Christus illis accube-  
bat: & efficaciam istam spiritus sen-  
tiebant: & illorum Fides, Spes, Char-  
tas, denique nardus illa gratū præ-  
bebat odorem: sed discedente Spon-  
so aliquātiſper, vacillabat Fides, nu-  
rabat Spes, Charitas frigescebat.  
Sint nobis exemplo quæ illis accide-  
re, cum Christus Iesus illos medijs  
fluctibus maris reliquit, cum se ad o-  
rādum contulit: quæcūque in illius  
passione & acerbissimo supplicio  
illis contigere: quæ Petro Aposto-  
lo, aliisque permultis, Scriptura sa-  
cra refert accidisse. Quod fit, vt vera  
carminis huius intelligētia hæc sit.  
Omnia opera pietatis, quæ naturā  
nardi debeāt imitari, & optimū sui  
odorem diffundere, egent necessa-  
riō accubitu Sponsi, & illius fa-  
uore & numine. Ab isto accubitu  
proficiscuntur verę lachrymæ in de-  
testationem sceleris: hinc nascitur  
peccati odium: hinc vera solidaque  
ieiunia: hinc certa efficaxque pœni-  
tentia: hinc pendent denique om-  
nia Christianę vitę monumēta, quæ,  
instar nardi, fragrantissimum odo-  
rem solent diffundere. Nam si pro-  
pius ad ipsam nardi naturam acce-  
damus, nardus herba est humilis &  
despecta, siue radicē intuearis, siue  
folia. Frutex est graui et crassa ra-  
dice, sed breui & nigra, fragiliq;  
quamuis pingui, aspero sapore, fo-  
lio paruo densoque, vt est apud Plin.  
Quæ omnia referenda sunt  
ad nostrum de nobis ipsis iudiciū:  
ita vt virtutem humilitatis secte-  
mur: parum de nobis sentiamus: ne  
quid-

Matt. 8

Matt. 16.

Luc. 22

Plin.

quidpiam in ipsis operibus bonis nobis arrogemus: de nobis certissime statuam<sup>9</sup> quid sum<sup>9</sup>, quam nihil possumus, quam omnes nostrae vires propendeant in peccatū & mortem. Hæc inquam sententia, hoc iudiciū, quod inter præcipuas partes odoris nardi hui<sup>9</sup> debeat cōnumerari, nisi Sponsus Christus nobis assideat, faucat, nos impellat, moueat, agat, denique suo veluti calore excitet, hui<sup>9</sup> nardi torpet odor.

Deut. 4 Et quoniam ignis Deus noster &  
Hebr 12 ignis consumens est (vt inquit Scriptura sacra) nisi frigus huius nardi depellat, ad mortem semper & interitum festinabimus.

*Fasciculus myrrhæ dilectus meus  
mibi inter vbera mea commorabitur.*

**I**N Græca editione sic habetur. ἄνθος τῆς σκάνης hoc est fascicul<sup>9</sup> stactes. Hebræa verò habent מַרְרָה אֲרִיזָה est autē מַרְרָה proprie res panniculis inuoluta. Nam quæ quidam in hunc locum refert, de fasciculis herbarum boni odoris, quos solent fœminæ inter vbera reponere, vt sponsi aut mariti fragrantia etiam odoris resciantur, aut recreentur, mihi non possunt vlla ratione probari. Nam myrrha species aromatis est, quæ exusta liquefcit: neque colligitur in fascem, sed illius tantum resina. Neque obstat illi quod in sequentibus inquit Salomon [Messui myrrham meam] vt suis locis annotabimus. Nam myrrha gutta est stactes: vnde in seuius aliquatulum dicitur [man<sup>9</sup> meæ stilauerunt myrrhā.] Ob eamque causam Græcus interpres vertit [Stactem] à verbo סֹאֲזָה. Dum nobis igitur

sponsus assidet, dum nobis fauet: nascitur hoc tam admirabile pietatis studium, vt tanta charitate Sponsum amplectamur, vt instar zeror (sic enim fasciculum appellauimus) aut instar colligatæ myrrhæ, aut alterius odoramenti panniculis inuoluti, inter vbera illum reponamus. Dum itaque Sponsus nobis accumbit & fauet, quod in veteri illa synagoga liceat perspicere, nascitur ex ignorantia sapientia quædam mirabilis: ex odio nascitur amor: ab ipsa peccandi consuetudine, flagrantissima charitas, quæ nos rapiat, afficiat, trāsformet. Cū olim Spōsa illa inter Aegyptios acerrimos & infestos hostes versaretur, tanta fuit dementia & ignorantia excæcata, vt reiecto proprio Sponso, alienos deos coleret & adoraret: & quemadmodum Aegyptiorum dementia & stultitiæ seruiebat, ita etiam & perditam viuendi rationem & studia impietatis sectabatur. Hæc Sponsæ contigerant, antea quàm Sponsus peculiari fauore & numine iuxta illam accūberet: sed post quàm expoliatis Aegyptijs, multis miraculis & portentis per maris vada transuexit: iam antiqua illa ignorantia, in nouam sapientiam vertitur: idolorum cultus in certam religionem, solidamque pietatem: cultus præterea & imitatio perditorum hominum, & profligatorum, vertitur in studiū virtutis & honesti: denique tanta cepit charitate flagrare erga Sponsum, vt & nouo carminis apparatu illius laudes celebraret iuxta maris littora: & alienis & peregrinis dijs reiectis vnum Sponsum veneraretur: ita vt tanquam rem vnicè charam & præciosam instar fasciculi myrrhæ inter vbera reconde-

Exod. 31.

Exod. 14

Exod. 12

Exod. 15

ret.

ret. Sed (quemadmodum nuper dicebamus) iterum ad deorum cultum regressa (vt erat popul<sup>o</sup> ille in tallam religionem propensus,) paulisper Sponso discedente, aut non accubente iuxta illam, vitulos fabricauit aureos. Sed dum secundo accumberet, illorumque animos secretiori impulsu moueret, ceperunt reiectis alienis dijs, & ad voces Moy si sanctissimi hominis collachrymari, & Sponsum habere vnice charum; ita vt myrrhæ fasciculus illis videretur inter vbera repositus. Intellexere satis quæ diximus regius vates Dauid, Apostolorum princeps Petrus; & inter cæteros in vna peccatrice fœmina Maria Magdalena huius rei apertissimum habemus exemplum; quæ cum per magnam vitæ partem oblectamentis carnis & voluptatibus dedisset operam, ex tanto peccatorum aceruo, & flagitiorum cumulo, dum ei cepit assidere Sponso, nascebatur ingens etiam cumulus amoris & dilectionis. Nam quemadmodum multa illi remissa sunt errata, ita etiam & multum dilexit: adeoque impensè & vnice Christum diligebat, vt instar fasciculi myrrhæ colligatæ tantquam rem eximie charam & preciosam, inter vbera (hoc est) imo pectore, & intimis visceribus repositisset. Itaque, vt Sponso discedente sollet humana mens illum reijcere, & ad creaturarum cultum & amorè se conuètere: ita etiam & assidente Sponso, tanquam gratissimum odoramentum solet inter vbera seruare. Sed iam ad ipsam loquendi proprietatem, & venustatem dicendi, quæ in Sponsæ verbis conspicitur, accedamus. Primò nobis ostendit sollicitudinem piæ mētis, & quæ verè sit Sponsa Dei optimi maxi-

mi, cū eum assimilat odoramētis pāniculis quibuscūq; inuoluitis. Nam quæ sollicitè cupimus seruare, & aliquo sunt apud nos in precio, pānis conuoluimus & ligamus: deinde inter vbera reponimus: instar fasciculi. Est enim (saltem apud fœminas pudicas, & honestatis amantes) locus ille (pectus scilicet & vbera) vīris omnibus, excepto Sponso, inaccessible. Tum etiam, & quæ munuscula impensius amant fœminæ, solent inter vbera collocare. Postremò illud est aduertendum, Sponsum in anteriori parte collocatum, non post tergum reiectum. Quæ omnia aperte satis nobis declarant, qualis debeat esse Sponsæ & cuiusque fidelis animæ erga Sponsum dilectio. Nam sollicitudinem ipsam, qua illum debemus seruare & retinere, ne aut à nobis discedat, aut aliarum rerum commercio offensus & lesus suam presentiam subducat, insinuabat Sponsa, cum myrrham appellabat panniculis colligatam. Deinde, & quoniam Sponso nulla est à nobis ratione aut prouocandus, aut irritandus, neque exponendus est vt alienis manibus contrectetur, sed semper illi pudicitiam, fidemque inuolatam seruemus: honestissimo loco illum reponebat, inter vbera scilicet. Ad hæc cum sit à nobis diligendus non leuiter aut perfunctorie, sed tota anima, toto corde, totis viribus, inter vbera illum reponit. Nam (vt dixim<sup>o</sup>) quæ fœminæ impensius diligunt, eo in loco solent aseruare. At verò quoniā sciebat Sponsa, plerosque Sponsum ipsum non in anteriori parte collocare, vbi semper nos admoneat sui amoris & beniuolentiæ, vt semper nostræ mentis oculos incurrat illius in nos beneficia: sed post

F tergum

3. Reg. 12

Matt. 25  
Luc. 7,2. Cor. 11  
1. Cor. 13

Exod. 33 tergum reijciunt: id quod antiquæ Synagogæ, et vetustissime Sponsæ sepius accidit, vt post tot miracula & portenta, post amplissima dona & beneficia, quæ illorum aures, oculos, manus, reliquosque sensus occupauerant: post tergum reiecere, ad idola tandem, & ad suas libidines conuersi. Vtinam & ple-ritque in Ecclesia Christi, noua Sponsa, illius sanguine pulcherrima venustissimaque effecta, non id accideret: vt Christi Iesu anxietates, amaritudines, infantiles necessitates, labores quos in prædicando pertulit, fatigationes in discurrendo, vigilias, orationes, tentationes, ieiunia, lachrymas, conuitia, sputa, colapha, denique mortem turpissimam, post tergum reijceremus. Vtinam illius passiones, amaritudines, beneuolentiam, & amorem intrâ vbera collocaremus cum Sponsa: vt ea semper haberemus præsentia, altiusque manerent nostris animis infixâ. Forsan non ad eò facile quacunq; leui occasione suborta, ad dedecus omne & flagitium, ad alienos Sponfos & maritos pertraheremur. Nâ cõstatiã istã, & firmitatẽ, quæ veris amatoribus necessaria est, Spõsa significauit vno verbo, dicens: [Cõmorabitur.] Manebit (inquit) non vna aut altera die, nõ breuissimo temporis momẽto, vt quibusdam vsu venit, vt quamuis Christũ Spõsũ optimo & honestissimo loco reponant, sed leuissima quacunq; occasione post tergum illum reijciũt. Quale sit igitur sanctorum desiderium, satis Spõsa explicat, cum dixit: [Cõmorabitur.] Iuxta illud regij Vatis: *Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum.*

Psal. 118

*Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi.*

**N**escit Sponsa, propter magnitudinem, et amplitudinẽ Sponsi, quibus rebus illum assimilet: ob eamque causam quasi non possit illius maiestatem, naturam, dignitatẽ explicare, varijs vtitur similitudinibus. Qua in re & ardentissimum illius amorem erga Sponsum explicat: nam hæ omnes similitudines et voces affectibus amoris respondent. Illud autem difficile videtur, quid per Cyprium aut botrum Cypri intelligat: an botrus sit vinaceus, an aliquis alius aromaticus vinaceo per similis. Et sane quantum attinet ad literam siue latinam siue Græcã, facile possit exponi locus de Cyprio insula, et botro vinaceo, qui in insula illa crescit insignis. Nam terrã illã feracissimã esse vini, & preciosissimi vini, testatur Plin. & Cypriũ vinũ inter omnia vina transmarina præcipuum haberi: vites etiã ad præcipuam altitudinem exire, quãtam vix alibi obtinent: enarrans etiam, æctum Ephesæ Dianæ, scallis scandi vite vna Cypria. Erit ergo botrus Cypri, iuxta hunc sensum, botrus insigniter pinguis, præstantissimũ vini succum continens. Cui maximẽ videtur consentaneũ, [in vineis Engaddi.] Nascebantur enim illis in locis (circa montes videlicet Engaddi, non longe à mari mortuo) vites à modũ nobiles. Est autem locus ille rupibus præruptus, & vallibus, ita vt intuitibus incuriat horrorem, vix que tutus ad eos, accessus hominibus pateat. Ob eamque causam legimus sanctum Dauid fugisse à facie regis Saul, ibique sibi quæsiuisse latibulum. In his

pli. nat. huf. li. 14.

1. Reg. 18



inquam montibus vites crescebant  
 1, Reg. 18 admodū nobiles: in cuius signū etiā  
 hodiē surculi illic visuntur admirā  
 de magnitudinis, quemadmodū ab  
 eis accepimus, qui locum ipsum cōs  
 pexere. Fit autem Engaddi mentio  
 Iosue, 15: vbi sic scriptum reperi  
 mus. In deserto Betharaba, Meddyn  
 & Sacha, Nessan, ciuitates salis, &  
 Engaddi, ciuitates sex, & villę earū  
 &c. Ego itaque nihil moror sit Cy  
 prus insula, sit verò frutex botrusq;  
 aromaticus vinaceo tamē per simi  
 lis: hoc vnū cōstat, Sponsam his simi  
 litudinibus vinearū Cypri, tū etiā  
 & Engaddi, voluisse exprimere pro  
 fusissimū amorē erga Spōsum, quē  
 vnice diligebat. Nā ob eā causam  
 (vt arbitror) rebus rarissimis & suo  
 in genere preciosissimis illū asimi  
 lat, quales sunt botri illius in iulæ,  
 tum etiam & mōtiū Engaddi. Vn  
 de legenti mihi Chaldeū paraphra  
 stem in hūc locū, succurrit ex illius  
 verbis, Spōsā, hac similitudine, vnū  
 se Spōsum diligere alijs omnibus re  
 iectis, voluisse significare. Nam ( vt  
 Exod. 32 Chaldeus interpres querit, ) post cō  
 ditas leges in mōte Syna, post statu  
 tas aras: vnde suppetebāt vina popu  
 lo Israelitico ad faciendas oblatio  
 nes, cum ex p̄cepto diuino illas te  
 nerētur facere: Vnde, inquā, poterat  
 Exod. 5, illis in deserto, in locis aridis, & squa  
 Exod. 8, lentibus vini copia suppetere? Res  
 pondet interpres Chaldeus. Furtim  
 (inquit) adducebātur botri magnis  
 cū laboribus & periculis ex vineis  
 Engaddi. Habes igitur preciū Spon  
 si, & insignē illius maiestātē & dig  
 nitatē in botro Cypri: raritatem au  
 tē, non solū dignitatē, in botro En  
 gad di. Aduerte proinde quāti habe  
 retur apud veterē illā Synagogam  
 botr⁹ ex vineis Engaddi magnis cū  
 periculis & laborib⁹ sublat⁹: sine

magno haberetur in precio: nā res  
 erat & vehemēter necessaria, tū pre  
 ciosissima, tū verò rarissima. Spō  
 sus igitur his botris similis est. Non  
 em̄ iustinet æqualē, nō iustinet pa  
 rē: vnus debeat esse spōsus, insignis,  
 nobilis electus, rarus, vt botri vinea  
 rū Engaddi. Interim igit quod Spō  
 sa illa ( populus scilicet Dei ) aut Iu  
 dē, aut Osiridē, aliaque deorū por  
 tentia colebat, nōdū erat illi Spōsus  
 botrus Cypri, nō botrus vinearū  
 Engaddi. Cū verò oēs animi cona  
 tus & vires ad illius amorē & cultū  
 cōuertit, solūque Spōsum vnice co  
 lebat, tunc cœpit verē Sponsam ha  
 bere ea æstimatione, qua habeban  
 tur botri vinearū Engaddi. Non  
 enim debeat Spōsus ita diligī & co  
 li, vt partim illū diligamus, partim  
 verò in aliarū rerū cultū & amorē  
 distrahamur. Fieri nō potest, tamet  
 si velis, vt dimidiā tui animi partē  
 carni, diuitijs, voluptatibus, ambi  
 tioni, reliquisque animi morbis  
 impēdas, alterā Spōso referues. Spō  
 sus vnus debeat esse, solus, rarus, pre  
 ciosus vt botrus Cypri, vt vinearū  
 Engaddi. Spōsi lectulus nō patitur  
 alteri⁹ viri cōfortiū, nō iustinet cor  
 riuale. Vnde & Paulus dicebat: Ne  
 1, Cor. 12, mo potest dicere Dñs Iesus Christ⁹,  
 nisi in Spiritu sancto. Dicere apud  
 Paul. idē est, quod persuasum habe  
 re: id etiā ostendere operibus exter  
 nis, Christū Iesum esse Dñm, penes  
 illū vnū imperiū esse nostrarū viriū  
 & facultatū, illū esse botrū Cypri,  
 & vinearū Engaddi: carnē, stultum  
 mūdū, Sathanā, neque quidquam in  
 nobis dominari. Huius rei gratia  
 Christus R. N. iuuenē illū Euāgeli. Matt. 8,  
 cū nō patiebatur patrē sepelire, ne  
 que suprema funeris officia illi p̄  
 stare. Alteri verò qui verē pietatis  
 & religionis animū cupidū simula  
 bat,

**Matt. 29** bat, dixit: Vade, & vède omnia que habes, &c. Nam Sponsus non debeat diuidi in partes, nō debeat distrahi, omnes animi vires & facultates in vnum debeant conferri, ita vt sit verè botrus Cypri, botrusque vinearum Engaddi.

*Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra, oculi tui columbarum.*

**M** Vtua laudum concertatione Sponsi & Sponsæ, diuinus ille Spiritus nobis declarat, quàm valide & Sponsus ab Sponsa diligatur, tum etiam & Sponsa ab Sponso. Nō enim diuinus amor talis est, qualis depingit à Platone (in Symposio) cū differentiam assignat inter amorem mutuum & non mutuum. Nam plerunque fit, vt amoris fœdere alios nobis copulemus, & in ferinam illam vulgaris amoris lucem & pestem incidamus, cū tamē ab amatis minimē diligamur. Nō enim necessitate illa se iuicem respondent in vulgari amore, amantis & amatae dilectio, atque in amore diuino. Eam proinde inter Deum & Spōsam amoris connexionem & correspondentiam, Spiritus sanctus præsentī Epithalamio declarat, cū Sponsus Sponsam, & Sponsa Sponsum ipsum, mutuis laudibus & cōmendant, & celebrāt. [Ecce (inquit Sponsus) tu pulchra es amica mea.] & secūdo, [Ecce tu pulchra.] Nascūtur hæc conduplications verborum ab ardentissimo quodam amoris affectu. Nam solet cogere vis amoris amatores ipsos, vt cū de laudibus & præstantia rei dilectæ agunt, eadem sepe inculcent verba, eadē repetant: quemadmodum Spōsus præsentī carmine facit (per anadiplosim) dicens, [Ecce tu pulchra es ami-

ca mea, ecce tu pulchra.] Proposita verò & cōmēdata, verborū repetitio ne, pulchritudine Spōsæ, rātū eā ab oculis laudat dicens. [Oculi tui columbarum.] Solet enim Scriptura sacra, totius hominis iudicium ex ipsis oculis facere. Vnde apud Prophetam Esaiam, aliosque sacros vates multa est de oculis mentio. Vt si aduersus carnis fastum, & arrogantiam detonandum sit Dei verbo, cōprimēda stultorum hominum superbia: de sublimitate oculorum disputant illic, dicentes. Oculos sublimes humiliabit. Idem etiam, si de alijs affectib⁹, vt pote de cupiditate, de ambitione, auaritia, iustitia, tristitia, gaudio, aliisque similib⁹. Quā obrē Christ. R. N. apud Matth. toti⁹ hominis etiam iudicium ab oculis sumebat, dicens. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidū erit. Si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosū erit. Ergo cū Spōsa plures habuisset maritos, petulantiq̄ue oculo & in pudico alios viros conspexisset: nō cōmendabatur ab Spōso ab oculis columbinis: postquā verò Sponsum appellauit botrum Cypri in vineis Engaddi, postquam fasciculū myrrhæ inter vbera repositum (quibus vnicū se habere Spōsum, omnesque amoris vires in vnū Sponsum transulisse testatur, aliis contemptis) audit ab Spōso. [Oculi tui columbarum, &c.] Nam colūba vno marito contenta, fidem, pudicitiamque violare nescit. Sponsa Christi (si de veteri Synagoga sit sermo) oculos columbinos non habebat, cum Aegyptiorum idola coleret, cum illorum & mores, & studia sectaretur: non habebat oculos colūbinos, cū aureos vitulos in deserto fabricabat. Postquā verò pere-

*Esai, 26*

*Matt, 6.*

griui

Exod. 31 grinis vijs repudiatis vnū retinuit Sponsum, tanta charitate dilectū, vt botr<sup>o</sup> Cypri in vineis Engaddi illi videret: audiuit, [Oculi tui colūbarum.] Quē admodū autē à nobis su- peri<sup>o</sup> est annotatū, in omni flagitio & scelere, aliqua cult<sup>o</sup> ratio videtur subesse: ob eāque causam, quicūq; si- ue corporis voluptatibus, siue diuitiarū cupiditati, siue ambitioni honoris & dignitatis incumbit, plures habet maritos, & deserto verō Spōso, in aliorū amplex<sup>o</sup> & oscula ruit: obeāque rē, nōdū audit ab Sponso, [Oculi tui colūbarū.] Hūc semper spectat Spōsi verba, magnaq; huius Epithalamij pars, vt sancta anima quæcūque sit, Spōsum habeat vnū, quē amet, diligat, veneretur, colat: ita vt cū sancto rege David, rebus alijs omnib<sup>o</sup> exploratis, dicat, Mihi autē adherere Deo bonum est. Sunt quibus spōsi & mariti probetur: sūt quibus honores, sunt quibus carnis oblectamēta, sunt quib<sup>o</sup> opes & diuitiæ cordi sint: mihi verō (omniū in genio & natura exploratis) bonū videtur vni Sponso adherere, reliquis omnibus rebus cōtēptis & repudiatis. Accedit ad hæc, q̄ qui alios maritos, & amatores sectatur: vt ommit- tamus illud, q̄ oculos colūbinos nō habent, q̄ debitā fidē, & necessariā pudicitiam nō seruāt: sed neq; oculos colūbinos habent, quoniā & ingenia, & mores, & studia, ac proinde oculos imitatur vulpiū, luporū, vulturū, aliarūque auium rapacissi- marū. Nā illicō atque ab Spōso deficiūt, & aliorū maritorū cupiditate tenentur, fit necessitate quadā, oculos habeāt plenos luxuria, inuiden- tia, hypocrisi, alijsq; huiusmodi pestibus. Nā inter animātia ipsa (quē admodū est annotatū ab his qui in arcana naturæ iugi meditatione pe-

netrarūt) animātia quædam oculos habēt gyrouagos, incōstātes aut du- plices: aut simularos: quē admodum vulpes, quæ cū videātur hūc respi- cere, illuc aciē dirigunt, aut eū in ferne spectare, ex obliquo, sursum, vel in latus aciē oculorū dirigūt, prædā circūspectādo, quā rapiāt. Hos ocu- los imitantur aīæ illæ, quæ ab Spōso semel defecere. Videtur enim, (si eorū oculos totūque vultum cōtēple- ris) Spōsum flagrāti desiderio quæ- rere: sed aliō spectat illorū animus, aliorū tēdit oculorū acies: nēpē in pingue aliquod beneficiū, in epif- copatū, in fauorē principū: denique aliquid quærunt aucupari, aliquid venari: nā Spōsum simulatē, non ve- rē, non solide diligunt. Oculi autē columbæ, (quē admodū multis est literis proditū) in rē vnā ita defigū- tur, tā fortiter aspiciunt in eam, vt manifestē videri possit, quorsum vi- sus aciē dirigat. Quoniā igitur Spō- sa (quæ vnū Sponsū quærīt, illum quæ dumtaxat intuetur) simplices habet oculos, fideles pu- dicos, nō du- plices, non obliquos: iurē ab oculis laudatur columbinis.

*Ecce tu pulcher es dilectē mi, & deco- rus. Lectulus noster floridus: tigna domorum nostrarum cedrina, la- quearia nostra cypressina.*

Significat (præter ea quæ superius diximus) hæc laudum concertatio inter Sponsū & Sponsam, ar- ctissimam familiaritatem, & cōiun- ctissimam amicitiam inter quasdā animas, nimium Sponso familiares: quæ nō secūs illū alloquūtur, q̄ mari- tus spōsam, aut spōsa ipsa maritū. Paucis quidem tanta cōtingit sceli- citas, vt cum Sponso pulcherrimo, sa- pientissimo, potentissimo, mutuis decertēt laudib<sup>o</sup>. Sunt tamen quib<sup>o</sup>

hoc beneficium collatū sit. Talis erat Moyses, cum in monte Syna per  
 Exod. 32 quadraginta dies Deū tāta familiaritate alloqueretur, quāta solet amicus ad amicum: talis fuit Paulus, alijque qui Spiritum diuinum plenius hausē re. Sponsa proinde audit ab Sponso, [ Ecce tu pulchra es amice mea. ] Eisdem etiam verbis Sponsa respondet. [ Ecce tu pulcher es dilecti mi & decorus. ] Quibus verbis, & Sponso tribuit verā rationē pulchritudinis: & à se ipsa pulchritudinē, & venustatem, aut venustatis appellationē depellit. Nō quod ipsa pulcherrima nō sit: sed quod Sposi cōparatione turpis sibi ipsi videatur. Quēadmodū enim claritas  
 Exod. 34 Moyfi magna quidē erat veteri testamēto, adeo vt nō possent filij Israel  
 1, Cor. 3 intendere in faciē eius, ipsa tñ Christi gloria & splendore, adeo fuit extenuata, vt ( quēadmodū inquit Apostolus ) prorsūm fuerit euacuata: aut quēadmodum ignicul<sup>o</sup> lucernę profunda noctis caligine utilis quidem est, exorto tñ sole propē nihil esse videtur: ad eundem modum Sponsa, sciebat quidē se pulchrā esse, verū tamē cū eius pulchritudinē ad Sposi pulchritudinē referebat, turpis sibi videbatur & indecora. Nam est Sposus fons ipse prim<sup>o</sup> toti<sup>o</sup> venustatis & pulchritudinis, vnde rerū omnium cōditarū venustas deriuat. Imō pulchritudo ipsa, quæ in reb<sup>o</sup> cōditis elucet, radi<sup>o</sup> quidā est ( quēadmodū est à Platonicis obseruatū ) qui cū ab ipso Spōso tanq̄ à pulcherrimo sydere profiscatur, res oēs pulchras efficit iuxta cuiusq; statū, & gradū. Nā quæ sibi magis proximæ sunt, vt angeli & homines, forti<sup>o</sup> tangit radi<sup>o</sup> ille venustatis, pulchrioresq; efficit: quæ verò magis sunt remotæ, remissi<sup>o</sup> aliquātulū: ob eam causam

minus habent & decoris & venustatis. Cū ergo Sponsa mentis oculis contempleretur pulchritudinem Spōsi, quæ tanquā splēdēs Sol omnibus infert decorē & venustatē: suā verò pulchritudinem sciebat scintillā quandā esse inde deriuatam: tanquā seipsam abiciēs atq; prosterrens, in hæc verba prorupit. [ Ecce tu pulcher es dilecti mi & decorus. ] Quasi dicat: Tu me pulchrā, tu venustam appellas: ego verò, si meam venustatē cum tua pulchritudine cōpono, te pulchrū, te decorū iudico: in me verò nullā penē venustatis rationē deprehendo: nam obscuratur scintilla ista corā tanto splendore. Est huius rei cōsideratio Christiano animo vehementer necessaria, vt scilicet res tuas oēs, quantumuis magnas & amplas, semper cū Sponso cōponat, aut cū Spōsi rebus cōferat: illasque exigat ad illius maiestatem, & amplitudinem. Res enim vna est, quæ maximē possit carnis impetus coercere, & inanes metus & conatus reprimere. Sapiens tibi videris: conferas ( si libet ) sapientiā istam cū sapientiā Sponsi: iustus, iustitiā istā & æquitatē oem cū summa & admirabili iustitiā Sponsi cōponas, potens, diues, nobilis, pulcher, hos oēs titulos exigas ad potētiā illā, ad nobilitatē, ad diuitias, ad opes, ad pulchritudinem Spōsi, dicēs sanē cum Sponsa. Ecce tu pulcher, decorus, sapiens, potens, nobilis diues. Hinc ( vt arbitror ) sanctorū insignis illa humilitas profisciscēbat, vt seipsos peccatores, scelestos, flagitiosos, appellarent, ( id quod Pau. nō vno tantū in loco facit libenter ) pietatem suam & animi candorem, & integritatem vitę, non cum hominibus conferebāt, sed cum Deo Op. Max. ob eāq; causam humiliter adeo arque demillē

missè de seipsis sentiebant, Sponso tribuentes oēs iultitiæ, & integritatis partes. Nos verò in crimè superbie, & arrogantie frequèter incurrimus: quæ res nostras nõ cū Spõlo, sed cū stultis hominibus cõferamus. Dixim⁹ autè exordio huius carminis, quæ totus hic libellus Epithalamium appellaretur, quasi carmen nuptiale, editū in honorè lectuli, qui Sponsum Spõsamque excipiebat. Huius rei gratia, Sponsa sequenti carmine, intulit mentionè de lectulo, dicens. [Lectulus noster florid⁹,] vt habet Hieronymus. Græcus interpres, *σὺρξι* id est, cõdẽsas, & umbrosus. Quæ ad eandem rē videtur pertinere. Nã floridus lectulus dicitur, non discedendo à venustate metaphoræ, pastorico more, quasi lectulus ipse florenti arbore, & nimium opaca fuisset opertus. Collaudat proinde stratū siue lectulū: primò quòd sit floridus: deinde verò (vt vtranque complectamur translationem) quòd sit umbrosus. Nam non poterat Sponsæ talis lectulus non esse gratissimus, quæ solis ardoribus (vt superius ipsa dixerat) & æstibus vrgētissimis fuerat vexata. Nam vniuersarum custodia illi fuerat delegata fraterno odio, & inuidia, & delinctorum consilio: ob eamque rē varias cœli iniurias, magnamque intemperie perpeffa. Quòd sit, vt præsentī carmine lectulū Spõsi mirificè cõmèdet, vbi omnia florida, opaca, umbrosa, & ab iniurijs temporis rutilissima esse videbat. Ita læpissimè cõtingit, vt animæ, quæ ardoribus Solis, carnis æstibus & intemperantia, mundi, dæmonisque astu decepte, aliorumque hostium iniurijs fuerunt exposita: cum denuò ad virtutè faciunt regressū, semelque experiuntur felicitatè huius lectuli Spõsi Chri-

lesu: dānatis & repudiatis prioribus maritis, cõtẽptis illorū lectulis, reiecta ante acta vita, de solo Sponso lectulo cogitèt, illū etiā eximijs laudibus celebrèt. Habes huius rei exemplū per totū penè vet⁹ testamētū. In veteri illa Synagoga, quæ Solis iniurijs exposita, multis peccatis falsaque religione decepta, tandè cognita felicitate, & quietudine lectuli huius, multis modis sibi ipsi gratulabatur: quòd talem Sponsum talemque lectulum, floridum, opacum, umbrosum fuisset experta. Exemplum habes in Maria Magdalena, in regio vate Dauid, alijsque per multis, quos longum esset recensere. Habetque hic mundus habuitque semp ab initio cõditi orbis, suos lectulos, habuit sua cubilia: sed lectulos durissimos, plenos spinis, at doribus solis expositos, in quibus nõquã liceat quiescere, aut tràquillè agere. Vide quòd habeat peccatores homines perditī & profligati lectulum: abundant diuitijs & opibus (si velis) voluptatibus carnis, & oblectamētis sint immerfi: ad apicè & culmè dignitatis & honoris, ad ipsum etiā fastigiū imperij sua industria, solertia, & artibus, & studio sint euecti: quid verò nisi Spõsum amēt & diligāt, quāuis is lectul⁹ gratissimus aliquādo ab illis iudiceret? Accedent propi⁹: illos interroga: ipsi testes agāt, & iudices: illorū expecta iudiciū: ferāt sententiā, quid delectulo isto sētiāt. Respõdebūt sanè. Lectulus noster durus, asper, spinosus, ardoribus & æstibus expositus: nõ licet in illo vel ad breuissimum temporis momentum conquiescere: omnia sunt in illo plena sollicitudinibus, anxietatibus, curis, timoribus: quæ omnia instar spinarū nos discerpunt, & pungūt, & instar vr-

Exod. 3a

Luc. 7.

1. Re. 12,

gētissimi ardoris & caloris nos diue  
xant, excrutiāt. Hinc vrget & conf  
ciētia delicti, pudor sceleris, timor  
supplicij, illinc verò ipse calamita  
tes, labores, & sudores, quib<sup>9</sup> scelera  
ipsa & peccata parātur. Ita q̄z flori  
dus lectul<sup>9</sup> & umbrosus vna in do  
mo inuenit, in edib<sup>9</sup> scilicet Sponsi.  
Nā lectul<sup>9</sup> ali<sup>9</sup> (de quo dixim<sup>9</sup>) quā  
uis talis sit, qualis depingit à Salo  
mone, cū mulier adultera iuuenē ve  
cordē ad suos amplexus inuitabat:  
sed nihil habet dulce, nihil gratum.  
Intexui (inquit) funibus lectulum  
meū, strauit a petib<sup>9</sup> pictis ex Aegy  
pro. Aspersi cubile meū Myrrha, &  
Aloe, & cinnamomo. Ac deinde sub  
iūxit. Veni inebriemur huberib<sup>9</sup>, &  
fruamur cupitis amplexib<sup>9</sup>. Deinde  
verò de edibus ipsis Sponsi (vt mor  
tales omnes ad edes ipsas inuitaret,  
vt magna cupiditate illas quērerēt)  
inquit. [Tigna domorū nostrarum  
cedrina, laquearia cypressina.] Tig  
gnū & tign<sup>9</sup> masculini generis, trabs  
est, qua variē disposita dom<sup>9</sup> extrui  
tur, & propriē cui tectū supponitur,  
à tegēdo nomē deductū: imò & tign  
ni nomine genus omne materiei, ex  
qua ædificia cōstāt, cōtinetur. Hinc  
cōtignare, latine: qđ est tignis tectū  
iungere. Et apud Cice. tignarius fa  
ber, qui tigna dolat, & solaria lig  
nea, qui trabes, qui cætera tabulata  
domus vtilia: imò omnis qui ædifi  
cat intelligitur, (vt inquit Caius).  
Laquearia, verò &c. laquear siue la  
queariū, pars est superior cubiculi,  
quē varijs adornari laqueis, & colo  
ribus solet. Lacus etiā & lacunar  
dicitur, apud Horatiū.

Horat. Nec mea renidet in domo lacunar.  
Est igitur tignum Hispanē: Las vi  
gas que llaman madres. Laquea  
rium verò, el çaquicami. Ita que id  
quod laquearium appellatur, tig

nis sustentatur, & retinetur. Como  
si dixessemos el çaquicami esta cla  
uado en las vigas. Cōmēdat autem  
Sponsa ædes Spōsi ab ipsa materia  
imputribili, quē nusquā sentiat cor  
ruptionē. Nā (quē admodū refert M.  
Vitru. 2, de arch.  
Vitruuius) cupressus, & pinus: item  
etiā & cedrus, & iuniperus, in veru  
statē sine vitijs cōseruatur: quòd is  
liquor, qui inest penitus in corpori  
bus earū, habeat saporē amarū: qui  
propter acritudinē, nō patitur pene  
trare carie, neque eas bestiolas, quæ  
maximē sunt nocentes. Obeā q̄z rē,  
quæ ex his generibus cōstituuntur  
opera, permanēt ad æternā diurti  
nitate. Tāta que est cedri virtus, vt si  
oleo ex cedro cōfecto (quē admodū  
si resina ex cupresso & pino) reliqua  
ligna vngas, nusquā aut carie aut  
tineis ledūtur. Obeā enim causā Sa  
lomō, (quē admodum legimus in li  
bris regnorū) multa in templo Dñi,  
multa etiā in amplissimis illis ædi  
bus, quas construxit, fecit ex cedro,  
propter materiē diurnitate. For  
sanque ab ea re sumpta occasione,  
ædes Sponsi collaudat, q̄ tygna ha  
beāt cedrina, laquearia verò cupressi  
na. Est itaq̄z nobis omnib<sup>9</sup> insita cu  
piditas quēdā æternitatis, & dura  
tionis: atq̄z in hanc vnā tota natura  
propensa (vt Paul. inquit) æterni  
tate semper & immortalitatē medi  
tatur, quāuis eam assequi nō possit.  
Hinc enim ortū habent perpetua re  
rū generatio & interitus, arbitra  
tur enim natura, se indiuiduis, & no  
ua generatione assequi posse, qđ suo  
ptē ingenio nō habet. Multò igitur  
magis nos premit & angit hęc cura  
æternitatis, qui animos habemus im  
mortales, & ad æternitatē cōditos.  
Cū ergo quisque nostrū vehemē  
ter cupiat æternitatē istam, quē cor  
ruptionē aut defectū nusq̄ sentiat:  
æterni-

Re. 6. 7.

Rom. 8.

æternitas, (inquit Sponsa) & incorruptio in ædibus dumtaxat Sponsi liceat inueniri: nã cætera omnia cur su suo ad interitum & mortem festinant, & vanitati semper subiecta sunt: vt Paul. Apostolus docet, *Ibidem*, cum totam creaturam vanitati subiectam asserit: & vanitatem appellat perpetuas vicissitudines generationis & interitus. Vndè & alibi dicebat. Præterit figura & habit<sup>o</sup> mû di huius. Nihil enim extrâ ædes Spõ si cedrinum est, nihil cupressinũ: omnia spontè sua instar aquarũ fluunt & dilabuntur. Id cum altiùs contèplaretur Epithalamiographus noiter, omnes res postremè vanitatis dånabat, dicès. Vanitas vanitatũ & omnia vanitas. Et: Quid habet amplio (inquit) de vniuerso labore suo, quo homo laborat sub sole? Nihil aliud (inquit) quã vanitatè, hoc est, labores, anxietudines ingentes: quæ ad mortem & exitiũ, ad interitũ & corruptionè rapiũt. Extra ædes Spõ si nõ liceat inuenire æternos honores, nõ æternã vitã, nõ æternas opes aut diuitias, nõ æternã venustatem aut pulchritudinè, nõ æternã cõstãtem & immutabilè sapientiã. Quæcũque verò Spõsus habet intrâ ædes istas reclusa, cedrina sunt, & cupressina. Vt enim dictũ est, propter æternitatem cedri, quæ Sponsus habet intrâ ædes istas, cedro sunt digna, cedro perfimilia. Sed quoniã quæcũque æternitate donata sunt, non vidètur à nobis, tantũ excipiuntur Fide: Sponsa inquit: [Tigna domus cedrina, laquearia cupressina.] hæc si velis intueri oportet ædes Sponsi ingrediari: nã vel tigna, vel laquearia cõspicere nõquã possis, si foris, si inter stultũ vulgus, si inter impios homines & sceleratos verteris. Quæ vidènt tẽporalia sũt, quæ nõ vidètur

æterna. Animalis homo ea tantũ videt & intuetur, quæ extrâ ædes Spõ si corporeis oculis sunt exposita. Quæ verò cedrina, quæ cupressina, nõ videt, neque enim intuet ea quæ æterna sunt. O si æternitatè istã cedrinã & cupressinã videremus aliquãdo apertis, & atretis oculis: quos excitaret amores sui: quã rapido cursu, quã concito gradu properarem omnes ad Sponsi ædes: tũc verè regnum cœlorum vim pateretur, vt dixit aliquando Christus, *Matt. ii.* Deindè verò quis nos potuisset extrudere ab illius ædibus, cõspecta rerum æternitate, in quam omnes natura ipsa propensi sumus? Loquatur Synagoga & Sponsa illa vetus, quid fuerit assequuta ex laborib<sup>o</sup>, quibus demètiæ Ægyptiorum seruiēbat, quid ex impia nefariaq; deorum religione, quid ex alijs sceleribus, quibus sæpè fuit cooperta, quid ex illis omnibus in quibus se æternam quandam fœlicitatem existimabat posse inuenire. Loquatur deinde (vt paucis dicamus) totus impiorum cœtus. Quid habent illi ex his omnibus, in quibus se vllam rationem æternitatis posse inueniri arbitrabãtur? Quid Alexãder cogno mento magnus de amplitudine imperij? Quid Iulius Cæsar de imperij etiam dignitate, & libidine dominandi incredibili? Quid denique nos omnes, & quicũque extrâ ædes Sponsi firmum aliquid, certum, stabileque ingenti studio & sollicitudine quæcimus? Omnia illa fluxere, transuolarunt, nihil post se reliquere, nisi pudorem, dedecus, & sui fastidium. Quibus verò fauore Numinis ædes istas licuit intrare: omnia cedrina sunt, omnia cupressina, æterna, fœlicia, quemadmodũ rerum experimento constat.

## CAPVT SECVNDVM.

**E**go flos câpi, & lilium cōualliū.  
Sicut liliū inter spinas, sic amica  
mea inter filias.



**D**IXERAT Sponsapaulò superius, lectulus noster floridus: Sponsus autem, vt se totius boni fontem vberimum ostenderet, [Ego (inquit) flos campi & lilium conuallium.] Quamcunque igitur felicitatis partem, o Sponsa charissima, significare voluisti, cum lectulum nostrum celebrabas laudibus: totā à me scies profectā. Nam quòd lectulus floridus sit, inde profectū est, q̄ ego ipse sum flos câpi, & liliū conualliū. Duo igitur (vt mihi videtur) Sponsus præsentī voluit carmine insinuare. Alterum est, se totius boni esse fontem, primamque nostræ felicitatis originem. Alterum verò facillimum esse mortalibus, felicitatem istā & beatitudinem assequi. Ad primā ergò huius philosophiæ partem accedendo, aduertat Christianus lector dictionem **וְרִשְׁוֹן** quam noster interpres vertit campū, dicens, [Ego flos câpi:] & câpum significare, tū etiam saturitatē. Iuxta priorē significationem Latinus interpres dixit, [ego flos câpi.] Sed possis etiā vertere, Ego flos saturitatis. Nā adducit dictio **וְרִשְׁוֹן** à verbo **רָשַׁן** quod saturare satiareque significat. Apud Jerem. vbi nostra habet editio, Sinō reliquie tuę in bonum: Rabbi D. K. exponit, si non te satiaui bonis. Si ergò locum velis exponere iuxta

vt ranque huius dictionis significationem: habes in altera, Deum esse florem saturitatis: in altera verò, florem esse câpi siue planitiei. Quibus duobus facile erit intelligere, Deum, fontem esse totius boni, vt diximus: tum etiam & apertam esse viam & facilem ad huius boni acquisitionem. Flos igitur Scharō dicitur, quemadmodum etiam in diuinis literis dicitur **וְרִשְׁוֹן** quæ appellatio soli Sponso conuenit: nam idē est quòd sufficiens sibi, nullo alio indigens. Dictio enim cōposita est, ex his duabus **וְרִשְׁוֹן** hoc est qui sufficit, vel qui sufficiens est, vel qui sit eadem ipsa sufficientia. Habes vocem istam, Iob. 33. vbi inquit. Spiritus Dei fecit me, & Spiritus Schadai viuificauit me. Et: Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione Schadai cōmorabitur. Quemadmodum igitur tota penē diuina philosophia Sponso tribuit appellationem istā Sadai: & Salomon etiam præsentī carmine Sponsum appellat rosam Scharō. Quasi dicas, saturitatis siue societatis. Nam & sibi solus sufficit Sponsus, & nullo externo admiiculo indiget: & solus potest omnes animi nostri recessus implere, solus potest saturare. Cum ergò Salomon nomine Sponsi dixit, [Ego sum flos Scharon] alludit (vt arbitror ad frequentem illā loquutionem quam Sponsus crebrē vsurpat in sacris literis, cum inquit. Ego sum qui deleo peccata tua propter me. Et sæpissimē: Ego sū qui te eduxi de terra Aegypti. Eodē etiā dicē di caractere inquit. [Ego sum flos câpi & lilium cōualliū.] Sed stylū conuertamus, si libet, ad loquutionem illam, quæ, quoniam longo vetustatis recessu iacet, paucissimis est intellecta. Dixit aliquando Spōsus: Ego

Jerem. 15

Exod. 10



Ego sum qui sum. Quibus verbis  
 exodj. (vt arbitror) hoc ipsum voluit de-  
 clarare Spōs, quod & Salomō illi tri-  
 buit prælenti carmine, cū inquit:  
 [Ego sū flos Scharō] & quod scriptu-  
 ra sacra, cū illū tā frequenter ap-  
 pelat Sadai, hoc est, sufficientiā om-  
 nē, & quasi pelagus omniū bonorū.  
 Vnde & Platonice magnoperē pro-  
 babatur Sponsi nomen [Qui est.]  
 Illorū ratio est, q̄ Deus sit omnis ef-  
 sentia, vitæ, fœlicitatisque plenu-  
 do: & quod ab eo omnia profecta vi-  
 uat: & q̄ sint post ortū, q̄ fulciatur,  
 q̄ sustinetur, q̄ viuāt, ille fuerit cau-  
 sa vnica. De qua re apud Agypti-  
 os (quemadmodū Græcorum com-  
 mentarijs proditum est) in templis  
 erat scriptum: Ego sum quod fuit,  
 quod est, quod futurum est: velum  
 meum nemo vnquam reuelabit.  
 Quæ omnia ex loco Exod. iam cita-  
 to fuisse desumpta ambigere non  
 possum: præsertim cū Mercuri-  
 us, eius sententiæ (vt exikimo)  
 autor, non modo tempestate Moy-  
 si proximus fuerit, sed etiam simil-  
 ima in multis, & sacris literis con-  
 sentanea scripserit. Et diuus Gre-  
 gorius eximius theologus testa-  
 tur, eandem istam sufficientiam &  
 amplitudinem bonorum, Spon-  
 sum voluisse significare, cū di-  
 xit. Ego sum, qui sum. De qua re  
 noster Epithalamiographus: Ego  
 sum flos saturitatis, siue satietatis.  
 Deus (inquit Gregorius) fuit qui-  
 dem, & semper est, & erit: imò verò  
 (inquit) semper est: nā fuit, aut erit,  
 diuisiones fluxæ sunt naturæ &  
 temporis, cui subijcitur nos: at  
 Deus semper est, totum enim in  
 seipsum complectitur, quod ne-  
 que cœpit vnquam, neque desinet.  
 Quæ quidem essentia, pelagus infi-  
 nitum & immensum est, omnem &

naturæ & tēporis rationē, essentiā, &  
 copiam rerum, & abundantiam  
 fœlicitatis transcendens. Proclus  
 præterea homo gentiles (Ortho-  
 doxos fortasse sequutus) de eo-  
 dem Sponso dicebat, de quæ eadem  
 saturitate & abundantia: Om-  
 nibus quæ quoquomodo bonum  
 participat, excellit & præstat quod  
 primum bonum est, & quod non  
 est aliud, quàm ipsum bonum: nam  
 omnis boni ratio ab ipso deriuat-  
 ur. Non ergò absurdum est, ex gen-  
 tilibus theologis pauca quædam  
 proferre: vt sit perspicuum, quàm  
 verè, quàm propriè Sponsus ali-  
 quando appellari [Qui est] quàm  
 propriè sacre literæ illi tribuant,  
 appellationem Sadai, Quibus ex lo-  
 cis Salamon sumpta occasione lo-  
 quendi, Sponso tribuit voces istas.  
 [Ego sum flos Scharō.] hoc est flos  
 saturitatis siue abundantie. Si ergò  
 in rebus essentiā conspicimus, essen-  
 tia illa ab isto flore diriuatur: si vi-  
 tam deprehendimus, à flore Scharō  
 profecta est: si sensum, si mentē, si ra-  
 tionem, si virtutem, si pietatē, si reli-  
 gionē, omnia ab eo profecta creda-  
 mus, qui seipsum florem Scharō ap-  
 pellant. Si autem velis, iuxta cōmunē  
 editionē & vulgatā, Scharō, interpre-  
 tari cāpū, siue planitiē: occurrerit al-  
 ter ille sensus non min⁹ gratus (meo  
 iudicio) quàm superior hic, d̄ quo di-  
 ximus iā. [Ego (inquit) sum flos cā-  
 pi & liliū cōualliū.] Nā vt Spōsus est  
 saturitatis flos, & totius fœlicitatis  
 fōs & origo: ita etiā, & quoniā facile  
 est hoc bonū assequi mortali homi-  
 ni nō oscitāti, nō dormiēti, appellat  
 iure flos cāpi, & liliū cōualliū. Nam  
 flos iste, qui Sponsus est, omnibus  
 in communi proponitur, vt eū car-  
 pant, eo fruantur quicunque volue-  
 rint, quemadmodum flores illi,  
 qui

qui non intrà hortorū septa nascūt, sed in campis potiùs, & pratis, et planitieb<sup>9</sup> apertis: vt cuique liceat & rāgere, & decerpere, & admouere ad nares, & ferta ex illis cōficere, aut in sinū cōdere. Id em̄ perpetuò clamat diuina Scriptura, Deū Op. Max. gētes oēs, linguas, & nationes ad se alliere, trahere, inuitare, rapere: adeò omnib<sup>9</sup> est expositus. Hinc nascūtur voces illę apud Elaiā prophetā: Qui

**Isai. 55** nō habetis, venite & emite absq; argeto, & absq; vlla cōmutatione. Et

**Eccles. 4** iterū: Trāsīte ad me oēs qui cōcupiscitis me &c. Vnde & Christ<sup>9</sup>. R. N. verus Sponsus, diuina philosophia, quasi digito, ostendit. q̄ nō vni genti, aut populo, aut nationi, sed omnibus in communi natus est: ita vt in

**Galat. 3** Ch̄ro Iesu (teste Pau.) nō sit seru<sup>9</sup>, nō liber, nō Iudeus, non Gręcus: sed quicūque, siue ferus sit, inhumanus, & agrestis, siue eximia humanitate & cultu virtutis p̄ditus, possit florē hūc discerpere, possit frui, & denique in suos vsus trāsferre. Id enim Paul. Apost. omnibus penē epistolis perpetuò cōtēdit: Ch̄rum Iesum florē esse & liliū, nō intrā parietes clausum, aut in angulū aliquē detrusum: sed florē cāpi, & liliū cōualliū: ita vt neq; Iude<sup>9</sup>, neq; gētilis arcēd<sup>9</sup> sit ab odore & fragrātia isti<sup>9</sup> floris & lilij. De hac re sanctus ille senex Symeō morti vicinus, quasi Cygn<sup>9</sup> aliquis, aut olor, dulcissima cœpit voce canere, dicēs: Quod parasti ante faciē omniū populorū. Et iterū: Lumē ad reuelationē gētiū, & gloriā plebis tuę Israel. Vt sciat Iude<sup>9</sup> sciat gētilis, florē hūc sctissimū ad oēs ex equo p̄tinere, & odorē gratię hinc erupētē in omniū animos equē se insinuare. Querebat florē istū &

**Matt. 8.** liliū leprosus ille Euāgelicus: querebat & mulier Samaritana: querebat

regulus ille, cuius filius graui ægri-  
tudinē diuexabatur: querebat Cētu-  
rio: imò & mulieri Samaritanę non  
dū querebāt vltro hie flos cāpi & li-  
lium cōualliū se obtulit, & suo odo-  
re eā alliciebat, dicēs: O si scires do-  
nū Dei, & quis est qui dicit tibi &c.  
Deniq; omnia pietatis officia, Ch̄s  
Iesus in cōmunē vtilitatē retulit, sur-  
dis, cecis, infirmis, afferens & salutis  
remedia, & pietatis, non solum cor-  
poris verū etiā & animi. Sensit iam  
olim, apertoq; cognouit experimē-  
to vetus Synagoga Deū Op. Max:  
florē esse cāpi, & liliū cōualliū. Nā  
cū suprema miseria postremaq; in-  
scelicitate in Ægypto premeretur,  
cū iam equo animo ferre nō potuis-  
sent durā & veterē seruitutē, clama-  
uerūt p̄ anxietudine animi & an-  
gore ad Deū Patrū suorū: quasi di-  
cas rustica aut pastorica allegoria,  
quę suere florē istū, & liliū. Sed q̄ li-  
benter vltro se illis obtulit? Misit  
Moysen & Aarō egregios viros, qui  
editis portētis atq; miraculis nūquā  
à seculo auditis, magna cū gloria in-  
gētiq; scelicitate, i libertatē afferuit  
exēptos ē misera seruitute. Sed flos  
cāpi liliūq; cōualliū, vt omnibus in-  
cōmuni est expositus, & omniū vsu-  
bus pater: ita etiā natura cōparatū  
est, vt faciliē carpatur, diuellatur, cō-  
culeetur. Et Sponsus ipse, sepe (heu  
impietas) accidit, vt q̄ntā nobiscū  
benignitate, humanitateq; & bene-  
uolentia vtitur: fit verē flos campi,  
& liliū cōualliū, & cōtēnatur ab im-  
pijs, pro nihilo ducatur, cōculeetur,  
discerpatur: quē admodū solet rosa  
cāpi, & liliū cōualliū. Habes huius  
rei viuīdā et expressam imaginem  
in antiqua illa Synagoga, quę  
post tot beneficia, tam ampla, tam  
magnifica: post agnitam tot expe-  
rimentis Sponsi beneuolentiam,  
explo-

Matt. 8.

Luc. 7.

Ioan. 4.

Exod. 14  
Exod. 3.Exod. 6.  
7, 8, 9, 10.

Exod. 14

exo. 15  
num. 20  
exod. 16

exod. 32

exploratam multis rationibus, miraculis, prodigijs, cibo etiã cęlitũ demisso, durissimo saxo in aquas soluto, coturnicum multitudine in eorũ castra ad sedandam famẽ conuolante: Sponsum florẽ, cępi & liliũ conualliũ, quot peccatis & scelerib<sup>9</sup> irritarunt, nunc aduersus Mosẽ et Aaron murmurates, nũc ollas Aegypti, cępas, allia, carnes, in memoriã reuocantes, magno cũ Sponsi de decore & iniuria? imò & ad falsorũ deorũ cultũ, & religionem fuẽre reuersi: vt nihil sceleris aut flagitij esset, quo se non cõtaminaret. Quid vero Christo Iesu acciderit, propter summã in Iudeorũ populũ beneuolentiã, propterea quòd florẽ cępi & liliũ conualliũ per totã vitã retulisset, nemo est qui ignoret. Quanto perẽ etiã à nobis contẽnatur, conculcetur, propterea quòd illi<sup>9</sup> erga nos eximiã sentimus bonitatẽ, nulli est obscurũ. Illi<sup>9</sup> oppugnam<sup>9</sup> leges, inadata contẽnimus: & quasi verẽ flos cępi, & liliũ conualliũ, impiorũ hominũ incurfionib<sup>9</sup> diuellitur, & laceratur. Sed quid est, q<sup>d</sup> & Spõsam quẽadmodũ se ipsum, florẽ appellat & liliũ? Sed cũ se florẽ appellabat, nulla erat spinarũ mëtio, cũ verò sponsam collaudat, & liliũ appellat: inquit. [ Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. ] Id Spõsus à cõdito Orbe ingẽti studio, magnaq; sedulitate curauit, vt Spõsam charissimã, sibi efficeret simillimã: vt quẽadmodũ ille flos & liliũ, ita etiã, gratuito beneficio, & Spõsa illius imitaretur imaginẽ. Nã ad imaginẽ Dei conditũ esse hominẽ apertẽ testatur scripturã. Sed postquã expressissima illa similitudo aliquantisper primo scelere & flagitio degenerauit à paterna imitatione: iterũ etiã, inspirata religione, si

de, spe, charitate, hũc semper reuocabat Sponsam, vt sui simillimã efficeret. Nã ob eã rẽ, vt ad similitudinẽ istã quãproximẽ accederet, veterẽ Synagogã filiũ appellabat, & primogenitũ aliquãdo: vt ad imitationẽ paternã imaginis se cõponeret. Nã decet filios paternas referre virtutes, & pietatis insignia animo exprimere, & insculpere. Ob eã rẽ crediderim, dictũ per Mosẽ ad antiquã illã Sponsam: Sancti estote quoniã ego sanct<sup>9</sup> sum. Et voce regij vatis Dauid, pios & iustos homines deos appellat. Et Christ. R. N. verus Sponsus, ad eandẽ imitationẽ mortales incitabat: estote perfecti, sicut & pater vester. &c. Et iterũ: Vt sitis filij Patris vestri, qui in cœlis est. Florẽ proinde ac liliũ Sponsam appellat, quẽadmodũ & seipsum florẽ appellabat: nã huic negotio semper Spõsus magno studio incũbebat, vt Spõsam sibi efficeret simillẽ multis modis. Sed quoniã Spõs<sup>9</sup> (natura, inquã, diuina) extra omne malũ, ærumnã, calamitatẽ, & angorem positus est: se appellat florẽ & liliũ, sed nõ inter spinas. Vt enim in Deũ peccatũ non cadit, ita etiã neque ea quæ peccatũ consequuntur: vt sunt tribulationũ & miseriarũ sentes, & spinæ. Sponsa autẽ quoniã inter miseras penẽ infinitas, pericula, & cruces, semper agit, lilium inter spinas iure appellatur ab Sponso. Nam quòd eam lilium appellat inter spinas, duo (vt arbitror) voluit significare. Alterũ est, teneritudinem floris: alterum, periculũ quod ex sentibus, & spinis imminet. Nam Sponsa, quia flos est & lilium, perforatur, & conuellitur: & quia inter spinas agit, per petuò illi imminet discrimen hoc grauissimum, & periculum. Cũ ergò illam & flo-

reim

Leuit. 19

Psal. 81

rem appellat, & inter spinas erumpentem: sollicitudinem commēdat, vigilantiam, & timorem. Nam ob eā rem à regio Vate dictum existimo, seruiēdum esse Domino in timore:

psal. 2. & ad Philippēses: cum timore & tremore comparādam esse nostram

Philipp. 2. ipforum salutem. Quoniam igitur inter sentes & tribulos caute & sollicitē ambulandum erat, similem facit Sponsam lilio inter spinas nascēti. Quis ambigat Sponsam inter spinas agere: quando & in terra sunt, in aere sunt, & in carne nostra sunt & in intimis etiā animi recessib⁹. In terra: quoniā mundus Sponsam trahit ad peccatum, allicit, inuitat, ad blanditur: cū hāc parū proficit: terret, impetit, vexat. Et in aere sunt spinæ: nam (vt Paul. inquit ad Ephesios,) perpetua nobis dimicatio proposita est cū principib⁹ aëris huius: quæ periculosissima cōflictatio est. Postremo circūferimus nobiscum domesticum hostem, carnem scilicet, infectam, corruptā. Dimanauit etiam hęc corruptio & ad ipsas animi facultates: ita vt totus homo in peccatum pronus sit, & in mortem, & exitium propēsus. Timendum igitur est Sponsæ & illi vigilandum. Nam & flos est tenerimus, & inter spinas agit. Confidentum illi est, non tamen suis viribus: sed in eo potiùs omnis confidentia collocanda, qui dixit: Cōfidite quia ego vici mundum. Nam quid ex se habeat flos iste, Paul. aperuit dicens: Scio quòd non est in me, hoc est, in carne mea bonum. Et florem appellat inter spinas erumpentem,

Ioan. 16. vt Sponsam suæ pulchritudinis commonefaciat. Tantùm enim distat inter p̄bos & improbos, quātū inter flores & spinas, aut inter sentes & lilia. Et antiquit⁹ veterē Syna

gogā suę dignitatis sepè cōmonefaciebat, nūc in lege, nūc vero in prophetis: vt cum per Mosem populū illum appellabat peculium ex cunctis gentibus, & regnum sacerdotale, genus electum. Quibus verbis, naturæ venustatis & pulchritudinis Sponsam commonefaciebat: quasi diceret. [Quasi liliū inter spinas &c.] Et Christus R. N. hoc eodem artificio vtebatur cū dixit. Videte cuius spiritus sitis: & cū gregē suū appellabat, sal terræ, & lucē totius orbis: quasi ceteri cōparatione ad Spōsā, tenebræ & pfunda caligo, & carnes essēt sine sale: quasi dicas, sine sapore, & corruptioni & fetori p̄ximę. Excitat igitur Spōsā, ostensa illi⁹ venustate, præstantia, & magnitudine inter filios sæculi hui⁹, ad res magnas præclare gerendas: & illos sentibus assimilat, quoniam neque saporem habent, neque odorem vllum, nullis vsibus sunt aptæ, tantū teneros, & delictos flores pūgūt, & lacerāt: sed colligētur aliquādo spinæ & perpetuis cōmittētur ignib⁹.

*Sicut malus inter ligna sylvarum, sic dilectus meus inter filios. Sub vmbra illius quem desideraueram seddi, & fructus eius dulcis gutturi meo.*

**N**ON discedit Salomon à venustate metaphoræ semel susceptę. Nam quoniam carmen pastoricum est, estque apud pastores frequens mentio de malis, de pyris, de quercubus, de pinis: maturo satis consilio, Sponsa presentī carmine, Sponsum assimilat malo inter cæteras arbores syluestres. Sunt autem huiusmodi arbores, rum & earū fructus pastoribus gratissimi, magnoque habentur in precio: obeamque causam nihil mirum est, prætermis

lis

sis alijs arboribus & fructu, et magnitudine, & proceritate conspicuis, mali mentionem intulit, quæ pastoribus (vt diximus) solet esse magna veneratione. Vnde Dametas ille Vergilianus aiebat. Aurea mala de cæmisi: crās altera mittā. Et Coridō: Ipse ego cana legā tenera lanugine mala. Sed postulat ratio, ad penitiores iā carminis huius sensus accedam. Illud quod primò inuestigandū arbitror: postquam Sponsus similis est malo, arbori frugiferæ, quæ & umbra & fructu possit refocillare, & recreare eos qui sub arbore sedent: quam ob causam reliquas omnes arbores appellat syluestres, aut arbores syluarū? Arbor itaque syluestris præfenti loco est, quidquid in se, stultorum hominū iudicio, aliquā summi boni, & felicitatis videt continere rationē. Sūt arbores (vt videtur) proceræ, vmbrosæ, quæ & virore externo, tum etiā & folijs, totoque externo apparatu, magnoperè intuitiū oculos oblectet: quæ tamē, si propius accesseris, fructusque degustaueris, acidi videbuntur & peracerbi: umbra verò, qua vna maxime sūt comēdabiles, pestilēs est, & noxia, quæ admodū de multis arboribus Plinius refert. De qua re è vestigio nobis differendum est. Ea igitur omnia, quæ specie aliquā videtur habere boni, quæ mūdus procul ostentat vt magnā appareat, & expetēda, quæ solo virore externo comendantur: per similia sunt his arboribus, de quibus Sponsa præfati carminē dicit, in fructuosas arbores esse & syluestres. Et vt ad rē inuestigandā exordiū sumamus ab antiqua Sponsa, Synagoga scilicet (quæ typū referebat Ecclesie Christi Iesu) cū diuersare illa in Aegypto, quāuis infelicē & calamitosā vitā duceret: habuit tamen plera

quæ ante cognitū Sponsū, quæ illi magnoperè probarēt. Nam & peregrinas Num. 25  
 & falsas deorum religiones sectabat: & multis se sceleribus cōtaminabat, more Aegyptiorū, in quibus aliquā existimabat rationē felicitatis: tū & ollas habuit, & cœpas, & allia, & carniū ingentem copiam, quibus omnibus & ventrem implebat, & famem sedabat: quæ aliquando cum in memoriā reuocasset, in antiqua scelera & flagitia prolapsa fuit. In his igitur omnibus, cū in Aegypto versaretur, arbitrabatur rationem aliquam summi boni, aut felicitatis relidere. Cognito autem Sponso, cū noua diuini verbi prædicatione opera Moysi, & Aaron, tum nouis portentis editis, nouisque miraculis, quibus Sponsus ad mirabilem vim & potētiam in impios & sceleratos declarauit: quasi re cognita & explorata, ad mentem regressa, inquit, Sponsus meus, si cū alijs omnibus conferatur, quæ aliquid oblectamenti videtur afferre, quæ aliquā summi boni videtur continere rationē: per similia est arbori malo frugiferæ & pulcherrimæ, quæ & umbra recreare possit eos, qui se ad eā contulerint. Reliqui verò, quos ego vel Deos aliquando existimaui vel inter summa oblectamenta & voluptates reposui, arbores sunt steriles. Nam cū diu ac multum sub his arboribus fuerim versata, permultum temporis iacuerim, nihil tandem assequuta sum: hoc est nullos fructus, aut mites, aut gratos, sed aut acerbos & asperos, aut nullos profumtum etiam & ipsa umbra incussit mihi grauissimū capitis dolorē, aliasque ægritudines penē incurabiles. Sponsus autem meus (inquit Sponsa) fructus edit mites, dulces, lapidososque & corpore & men-

plin. lib.  
 12. natu.  
 histor.

Exod.

& mentē possint sustētare, & vtriusque vitam tueri. Nam fructus (vt arbor) præsenti loco Salomon appellat omnia beneficia in populum Dei collata ab ipso egressū ē misera seruitute. Fructus appellat vasa argentea, & aurea, ingentes opes atque diuitias, quibus populus ille repente locupletatus discessit. Appellat fructus gratissimam libertatem, in quam beneficio Sponsi fuit assertus. Tum etiam fructus huius arboris appellat cibos cœlitus demissos, quibus Sponsa per quadraginta annos sustentabatur: tum quod amarissimæ aquæ veræ sunt in dulcorē: quod saxa ad potandum sitientem populum, in aquas soluebantur. Tum verò maxime arbori fructiferæ Sponsum assimilat, propter legis mandata atque præcepta, quibus antiquior illa Spōsa ad nouam religionem, certam, & constantem erudiebatur: ad pietatem, Fidem, Spem, Charitatē. Quos fructus (si si mul velis connumerare in vnū congestos) charissima Sponsa, interim quod versabatur in Ægypto dijsq; alienis seruebat, voluptatibus carnis & oblectamētis operam dabat, nusquam degustauit. Atque ob eā rem cognita præstantia & magnitudine Sponsi, inter omnia quæ aliquam speciem boni à longe ostentare videbantur, constanter affirmat, omnia illa fuisse tanquam arbores, & infructuosas, immò & noxias, & pestilentes: Sponsum verò tanquam malū inter pastores magnoperè commendabilem. Habet hic mundus suas arbores, quæ & sapore fructuum, tum etiā & umbra, & externo virore velint contendere cum malo ista: sed si mortales omnes, imò & si angelos velis cum arbore ista conferre, affirmabis cum

Sponsa, & angelos & homines arbores esse syluestres. Spōsus enim reb<sup>9</sup> omnib<sup>9</sup> præstat, & incōparabili fecūditate excedit, & homines, & angelos. Omnes enim creaturæ si cum illo componantur, partim quod ex se nihil possint, partim quod fecunditatis nihil habeant, ille autē sit suapte natura fons omnium bonorum, iurē appellatur malus, & fecunda arbor inter syluestres. Quid verò si sapientes huius sæculi cum Sponso conferas? Nonnē videbuntur illi infructuosæ arbores, & (vt inquit Iudas,) autūnales, eradicatæ, bis mortuæ? Videntur quidem sapientes mundi huius arbores esse: & sapientia ipsa secularis arbor procera (vt videtur) & patula, & opaca, quæ externa pompa, & luxuriantibus ramis mortales omnes ad se inuitet, & alliciat. Sed arbores istas componas (si libet) cum Sponso: quid inquit Paulus? Quod stultum est Dei sapientius est hominibus. Id quod in arbore ista admirabili atque fructifera stultum videtur, hoc est, humile, abiectum, & contemptibile, cortices scilicet & folia ipsa, quæ nullis vrbibus videntur aptæ: hæc (inquam) maiori debeant haberi estimatione, quam tota illa arbor, de qua diximus, sapientia scilicet secularis. Nā, quæ in diuina philosophia, Verbiq; sapientia nullius momenti videntur esse, vt est simplex historia, & narratio quædam rerum gestarum, infinito interuallo excedūt (si ad sit necessaria sedulitas & Spirit<sup>9</sup> afflatus) ea omnia quæ antiquum sapientie domicilium, imò vanitatis potius, Athenæ scilicet prulere. Quid verò si vires omnes humanas, si præfidia, si dignitates, si honores, si regna, si imperia, imò si imperatores omnes, fortes viros, & gloria bellica illu-

Iudas.

i. Cor. 3

dit. atq  
men. a  
2081d

b. 2081d

illu-

illustres cum Sponso velis componere? Audies Paul. dicentem: Quod infirmum est Dei fortius est hominibus. Quasi dicas: vel huius arboris folium leuissimum, & tenuissimū exuperat facile robur, & vires earū arborum, quæ altissimis radicibus videntur subnixæ, quæ fortes, quæ duræ, quæ infrangibiles. Nam quot arbores proceras & luxuriâtes malus hæc humilis (vt videtur) & abiecta solo nutu funditus diuulfit, at quæ dissipauit? Illud verò certissimum: huius arboris fructus dulcissimos esse, aliarum verò arborum, acidos, & ingratos. Nam vt ea omnia peccata & scelera colligamus in vnum, quæ nos magnopere solent oblectare, in quibus, vt stultis perditisquæ hominibus videtur, fita est magna fœlicitatis pars: quis est omnium horum fructus? Affirmabis constanter cum Sponso, arbores esse syluestres, noxias, & pestilentes, quæ in nostram semper perniciem fructus edant. Quærebat aliquando Paul. Apost. Quem fructum habuistis in illis in quibus nunc erubescitis? Fructus ergò omnium istarum rerum, cum te ad cultum & amorem creaturarum conuerteres, verecundia semper erit, rubor, pudor, dolor, pœnitentia, lachrymæ. Fructus autem huius arboris, quæ ab Sponso commendatur, pax, iustitia, sanctificatio, gaudium in Spiritu sancto. Inquit autem Sponso. [Sub umbra illius, quæ desiderauit anima mea, seu quem expetiui, sedi. ] Quæ loquendi formula (vt mihi videtur) sumpta fuit ab eo miraculo insigni & stupendo, quod Moyses lib. Exodi enarrat, Sponsus olim, vt Spôsâ tue retur, omnes arceret cœli iniurias, ne nimijs ardoribus & vrgentissi-

mis æstibus populus Dei deficeret, per diem columna nubis ardores cohibebat, per noctem autem ducebat illos columna ignis. Hinc (vt arbitrator) scriptura sacra, præsertim prophetæ, sæpius diuinam protectionē umbrā appellat, hinc etiā tam frequēs apud illos umbrarū mētio. Ad eundem modum Sponso, quasi veterem illam hystoriā animo voluēs inquit. [Sub umbra illius quæ desiderauerā, sedi: & fructus eius dulcis gutturi meo. ] Nā vt opacis arboribus & frondosis agrestes homines solēt cœli iniurias fugere: ita etiam & Sponsus antiquitus fatali nube arcebat à populo sibi charissimo ardores & æstus. Sūt autem, vt paulò superius dicebamns, quarundā arborum umbræ pestilentes, vt iugladiū, pini, nucis: aliarum autem leues sunt & saluberrimæ, vt vlmī (referente Plinio,) Earum igitur arborum, quarum umbræ sunt pestilentes, vel solus contactus teneras plantulas inficit, & extinguit: itaque nō solum opacare non possunt, verum etiā contagione umbrarum, quas apud se deprehenderint nouellas plantulas, exsiccant, & aridiores efficiunt. Hæ verò arbores, quarum umbræ leuiores sunt & salutares, (qualis est vlmus, omnesque arbores, quarū pediculi sunt longiores, vt inquit Plinius) & opacare possunt, & sua umbra teneras plantulas nutrire, & conseruare, vt indies magis ac magis crescant & firmentur. Malū igitur arborē connumerandum inter eas, quarum pediculi sunt longiores, certo constat experimento: ob eāque rem, nihil mirum est, si Spōsa præsentī carmine dicat: [Sub umbra illius quem expetiui, aut desiderauī, sedi. ] Nam arbor hæc, vt est

G

propter

propter fructus dulcissimos expectanda, ita etiam & propter umbram saluberrimam. Itaque reliquæ arbores, neque propter fructus expectari possunt, nec propter umbras. Nam Aristoteles, Platones, Pythagoræ, Democriti, arbores sunt proceræ, & umbrosæ: sed illarum umbræ, ut omitteremus quod multis gravissimarum ægritudinum fuerunt causæ, sed novas & teneras plantulas, neque opacare possunt, neque enutrire. Quis unquam ad umbras istarum arborum se contulit, qui in virtute, & honesto, pietate, religione, fide, spe, charitate, magnos fecerit progressus? Multa sane in eis liceat comperire, quæ a vera religione & pietate auocent, à vera Dei cognitione, à rectis opinionibus & certissimis. Si autem cum sponsa sedeas sub umbra istius arboris, incredibile dictum est, quam cito apicem pietatis & religionis penetrabis: quam erit ardentissima charitas, solida fides, viuida spes: indies te ipsum optimis operibus, studio virtutis, & honesti superabis. Qualis euasit Paulus Apostolus, qualis mulier peccatrix, qualis Clemens philosophus, Iustinus, Lactantius: qui à noxia & pestilenti umbra cum non potuissent in pietate, neque gressum promouere, ad umbram istius arboris se contulere, in alios homines repente sunt mutati? Hic nullus possit sentire Solis ardores & estus. Quamuis enim tetriones gravissimæ carnem infestent, labores, ærumne, calamitates: sed sub umbra ista, omnia tuta sunt, omnia secura. Paulus tetratus per omnia, imò colaphizatus instanter petebat, stimulum carnis à se depelleret Sponsus, audit: Sufficit tibi Paule gratia mea: nam plantula illa, quam ego mea umbra opacauero, nunquam

arescet, nunquam destituetur necessario succo. Hæc umbra omnem arefcet contagionem peccati: quemadmodum olim nubes illa ardores ingentes coerebat, ne populum Dei infestaret. Sed necessarium nobis est cum sponsa, non solum ardenti desiderio umbram huius arboris petere, sed & sub illa sedere. Nam sessio ista, & constantiam, & diuturnitatem significat. Sunt plerique qui in umbram istius arboris se recipiant Ægyptum fugientes, carnis motus & perturbationes, sæculi fallaciã, demonis astus: sed nondum degustatis fructibus dulcissimis huius arboris, cuius umbræ saluberrimæ nullus adhuc peruenit sensus, statim diffugiunt, discedunt, & ad alias arbores syluestres se conferunt. Ut ergo huius umbræ præstantiam, virtutem, & efficaciam, sentiamus: figendus est gradus, constanter permanendum, & tandem sedendum est cum Spõsa. Quod autem Sponsus malo assimilatur, arbori non adeo insigni, nulli debeat videri mirum. Nam quæ Dei sunt, in specie quidem humiliã videntur & abiecta, imò (ut Paulus inquit) stulta: sed si propius accesseris: inuenies dulcissimos fructus, umbramque saluberrimam, dicente olim Mose ad Pharaonem. Hæc dicit Dominus Deus Hebræorum: dimitte populum meum, ut sacrificet mihi. Contemnitur Deus Op. M. auditque Moses. Quis est iste Dominus? Deum nescio, dominum non noui, & populum non dimittam. Christus I. R. N. ut malus in syluis pauper venit, humilis venit, exemplar denique ferendæ crucis, contemnitur, irridetur, pro nihilo ducitur. Sed ut olim arbor hæc contemptibilis dulcissimos fructus, & amplissimos contulit vetustissimæ Sponsæ, cibo cæli-

Exo, 13.

1 Cor. 1.

Exod, 5.

1, Cor, 12



Exod. 16. cœlitus emisso, coturnicum multitudine ad sedendam vrgentissimam famem in eorum castra conuolante: ita etiam & Christus Iesus, sub humilitate illa & deiectione, dulcissimos occultat fructus, qui dicebat apud Ioan. Non Moses dedit vobis panem de cœlo, sed Pater meus dat vobis panem de cœlo verum. Quam dulcis fructus & gratus, caro & sanguis vni geniti filij Dei, passionis & supplicij supremum memoriale! qui fructus hinc latent fidei, spei, & charitatis ingentis! Significat etiam umbra protectionem & defensionem, vt apud Esai. Erit vobis fiducia umbræ Ægypti in ignominiam.

Eiai. 39.

*Introduxit me rex in cellam vinariã, ordinauit in me charitatem.*

Sponsa ad adolescentulas conuersa, refert quæ acceperit ab Sponso beneficia. Et quoniam metaphora pastorica est, ( vt sæpe diximus ) & partim à re rustica, partim à re pecuaria sumitur: vt venustatem & gratiam assumptæ semel metaphoræ seruet Epithalamiographus, inquit. [ Introduxit me rex in cellam vinariam. ] Nam agricolis & his qui rem pecuariam curant, domus vini, siue vini apotheca, locus est in quem vt in plurimū totam su ppellectilem solent congerere, diuitias omnes, opesque. Id facile quisque intelligere poterit ex his, quæ experimento apud agricolas & pecuarios homines deprehenduntur. Quò fit, vt quibus maximū cōferre beneficium, & in quos summam beneuolentiam & arctiorem amicitiam ostendere, declarareque contendunt: eos in cellam vinariã inducant, quasi thesauros omnes, opes, atque diuitias ( vt diximus ) illorum oculis exponētes, &

quæ sint tota domo abstrusiora, & reconditora: vt omitramus quòd inter eos certissimū charitatis & amoris signum est, quempiam in apothecam vini inducere, ad degustanda, aut delibanda pretiosissima vina. Sponsa igitur ab ista inter agricolas & pecuarios celebri consuetudine sumpta occasione, vt summa Spōsi beneficia in se collata declararet, ad iuenculas conuersa inquit. [ Introduxit me rex in cellam vinariam. ] Sed ad ipsam verborum proprietatem & linguæ Hebraicæ idiomatum accedendum est, inuestigandaque natia verborum significatio: vt inde facile possimus mysteria & arcana eruere. בית Hebræis non solum locus est, siue obcundis negotijs necessarius, siue ad habitandum, & ad propulsandas cœli iniurias destinatus, vt Latine domus, & Hispanè casa: quin potius est cumulus quidam eius rei quæ huic nomini additur, Veluti exempli gratia, sæpe apud prophetas liceat inuenire voces istas, domus vanitatis בית און: quibus verbis quasi in cōtemptum & irrisionem totum cultum idolorum, & loca ipsa in quibus sacra fiebant, significabant Propheta. Nemo autem existimet eo loco בית vanitatis domū significare aut ædes. Nam domus vanitatis Hebræis idem sonat, quod cumulus refertissimus, & eadem ipsa vanitas. Idem etiam dixerim de his loquendi proprietatibus, domus iudicij, domus etiam venationis: vt & tropus ille loquendi frequēs etiã apud eisdē Vates, domus Iuda, pro tota congregatione illius familiæ. Idem etiam de his vocibus, domus Israel, totam Israeliticam gentem, nō domum aliquã peculiare significantis. Obseruatum hoc est à Le-

G uita

uita quodam Germano in libro cui titulus Thesbi. Vinum autem significare (iuxta linguæ idiotismum) oblectamenta, omnesque voluptates, in superioribus fuit à nobis annotatum. His constitutis, non erit difficile (vt arbitror) abstrusiores sensus huius carminis inuenire. Duo itaque videtur significare Sponsa, cum se in apothecam vini ab Sponso inductam ostendit. Alterum est, se omnes penè diuitias Sponsi fuisse contemplatam: alterum verò, preciosissima, & selectissima vina degustauisse: quibus duobus necessario sequitur contemptus quidam omnium aliarum rerum, quæ extra domum vini, & Sponsi apothecam visuntur. Nam quis vnquam degustato præstantissimo vino atque selectissimo, non illicò fastidiat, aut potum vini acidi, & nimium iam degenerantis, aut potum cuiusuis alterius liquoris? Quis deinde conspectis propèque exploratis regijs opibus, totaque suppellectili, videns vasa argentea & aurea miro artificio cælata, tapetes, picturas, signa, gemmas, lapillos: si statim diuertat in domum aut textoris, aut cordonis, aut agricolæ, non vehementer contemnat totam eius suppellectilem, qua se foelicem beatumque existimabat? Quæramus (si libet) ab Apostolo Paul. vnde omnes humane consolationes, oblectamenta, & voluptates (quæ animalis homo tanto studio confectatur) opes, diuitiæ, dignitates, honores, ea denique omnia, quæ stultus hic mundus admiratur, & suspicit, in ratum apud illum venerint contemptum, vt omnia tanquam stercorea vilipenderet, contemneret, ac pro nihilo duceret: vnde præterea contemptus ille totius sapientiæ secularis, prophaneque phi-

losophiæ (quam dementiam, postremamque stultitiam appellabat) quæ tamen apud mortales homines tanta fuit semper æstimatione. Hinc sane (vt arbitror) proficiscebatur contemptus ille, de quo disputamus: quod in cellam vinariam ab Sponso semel inductus, & ad tertium vsque cælum raptus, probe exploratis, & conspectis opibus & diuitijs Sponsi (quas neque oculus vidit, neque auris audiuit, neque intra humanos cogitatus vnquam fuerunt comprehensæ) totam suppellectilem corpoream, & quæcumque corporeis oculis subiiciuntur, tanquam stercorea, & reiectamenta quædam existimabat. Degustato præterea selectissimo vino diuiniore sapientiæ, cuius gratissimum saporem, admirabilemque gustus (ipsius Pauli testimonio) humana lingua exprimere non poterat: quid mirum est, si totam secularem sapientiam tanto opere dedignaretur, vt titulo dementiæ, & stultitiæ illam dehonestaret. Ergo quæ Sponsa præsentis carmine proponit, experta quondam est & vetus Synagoga: quæ cum in Ægypto versaretur, magni æstimabat leues quædam corporis cõsolationes: vt quod carnibus, quod cepis, quod porris vsque ad satietatem ventrem imple-ret: tum & falsas religiones & peregrinas, quibus miserere cõstringebatur, totamque philosophiã Ægyptiorum, quæ illis temporibus per totum orbem celebris erat & illustris. Sed postquam semel in domum vini inducta ab Sponso fuit, illiusque diuitias contemplata, degustato etiã vino diuini amoris, & sapientiæ, in stuporem & admirationem conuersa, cœpit antiquas cõsolationes obliuisci, & summam miseriam existimare quam antea summam foelicitatem &

Philip. 3

Exod. 16

& b ecatudinem arbitrabatur . Sed vt ad ipsam domū vini accedamus, quā cūm Sponsa ingrederetur, admirata tantū, tamq̄ue insigne beneficium, dicebat: [Introduxit me rex in cellam vinariam.] Hoc beneficij genus Sponsus multis verbis exaggerabat, & illius refricabat memoriā, dicens, Sciscitare, idq̄ue à priscis temporibus, quæ ante te fuerunt, ex eodie quo creauit Deus hominem super terram, ab extremo cœli vsq̄ue ad extremum eius, si vnquam facta sit huiusmodi res magna, aut audita sit similis: Nunquid audiuit vnquā populus vocē Dei loquentis de medio ignis, & viuis permansit? Tu verò per apparitiones edoctus es, Dominum, ipsum Deū, neq̄ue esse aliū præter eum . Et de ampliori gustu istius vini sequitur, De cœlis te fecit audire vocē suā, vt erudiret te, & in terra ostendit tibi ignem suum magnum, & verba eius audisti de medio ignis . Hoc igitur beneficium, quod Sponsus inducto loco commemorat, Sponsa, vt arbitror, domū vini appellat: vt omittamus reliquam suppellestem, quam partim in Ægypto, partim medijs fluctibus maris, partim cum vrgentissima fame & siti diuexaretur, cōspicata est, quāta esset Sponsi opulentia, quā admirabiles opes atq̄ue diuitiæ. Sed domus ista vini, ea potissimum fuit, de qua modò disputabamus Sponsi testimonio. Nam diuinis legibus erudita & instructa, ad radices montis Syna audiuit, primò Deum verbo suo omnia condidisse, Spiritu suo omnia viuificare, & conseruare: iuxta suam volūtatem iustam, æquam, & bonā, dulciter omnia, misericorditerq̄ue disponere. Audiuit etiā primā peccati originem quæ fuerit, quoniam primus homo diaboli fraudulentia de-

ceptus peccatum in hunc mundum inuexit: ita vt quicunq̄ue ab illo pro geniti, naturā filij iræ nascatur, mori, damnationi, iugo, & tyrannidi demonis obnoxij. Sed vt opes istas cōspicata est Sponsa, & vinum istud selectissimū cœpit degustare: ita etiā & signum, aut vexillū accepit amoris, pro quo textus noster habet [ordinauit in me charitatē] Hebrea autem, *וְרָדוּ עַל אֶהְרָבָה* Hoc est. Et signum eius, siue vexillum super me dilectio . Nam solent amatores sibi mutuò vexilla quædam donare, quibus amoris memoria non facile dilabatur, quibus signis certiores quodā modo fiunt inter se amoris mutui. Id verò frequenter accidit inter coniuges charissimos. Ad rem itaq̄ue redeūdo, quoniam amor spe & memoria potissimum sustentatur, & nutritur: Sponsa, non solū diuitias Spō si cōspicata fuit, verūm etiam & vexillū amoris accepit . Nā & sibi promittitur, auditq̄ue pollicitationes illas antiquas sanctissimi seminis & benedicti, Christi Iesu seruatoris hominum: ita vt à peccatis, & tyrannide diaboli liberata, fide viua, & constanti huic promissioni adhærens, & in vnū Christum Iesum totam fidem, spē, charitatemq̄ue collocans, à morte, & damnatione libertaretur aliquando. Verūtamen quoniam natura omnis superba est, adeoque corrupta, vt non libenter se agnoscat peccatricem: ad radices etiam montis Syna, interim quod promissiones antiquæ ad fœlicem perducebantur exitum, legem scriptam in tabulis lapideis accipit, vt peccatum agnosceret, humani cordis malitiam intueretur, vt ardentius sitiret aduentū Saluatoris, qui ipsam à peccatis redimeret: quod lex ipsa, & legis sacrificia non præstabāt. Nam erant vmbre &

Acto. 1.  
 figuræ veræ oblationis Christi per quâ erant omnia peccata obliteranda & abolenda. Degustauit olim Synagoga vinum hoc selectissimum, conspicata est utcunq̃ue Spôsi diuitias, vexillû accepit diuinæ charitatis & amoris: id quod fortasse ad circumcissionem referendû est, quod signum amicitia & fœderis appellatur. Sed ecclesia Christi, non tantû hoc vinû delibauit, verû & vsque ad ebrietatē bibit: adeo vt nascente Ecclesia ipsa, Apostoli propter ampliorem vini haustû ebrii existimarentur, Diuitias ipsas & opes, non in spe dūtaxat accepit, neque vexillû amoris, sed opera potius ipsa, ingentis dilectionis testimonium apertû: illa accipit Euangelium, accipit Saluatorē, absolutam & perfectâ peccati remissionē, pacē, & tranquillitatē cū Deo, oblationē quandā, & securitatem spiritus, reliqua que id genus alia: quæ si singulatim recēdere velim, me tēpus deceberet. Et quoniā (vt superius diximus) ex istarū rerum cōtēplatione, & ampliori vini huius haustu, nascitur rerū corporearum summus cōtēptus: hinc, tēpore legis gratiæ legimus plerosq̃; nō sine magna totius orbis admiratione, res omnes visibiles adeo contempsisse, vt stulti, intani, dementes, ebrii que existimarentur.

*Fulcite me floribus, stipate me malis,  
 quia amore langueo.*

Voces querulæ sunt, & clamores quidā more ægrotantiū: qui cū grauiori aliquo dolore afficiuntur, eas res maximē solent expetere, quibus possint ægritudinē illā quoquo modo leuare. Et quoniam pastoriciū carmen est, languens Sponsa eas res ad molliendam ægritudinē, & leuandum morbum petit, quibus solent ru-

stici & agrestes homines magnopere oblectari, flores & poma: cū propter alias causas, de quibus statim dicemus: tūm verò maximē propter odore. Nā odores sanitatē conferre & vitā prorogare plurimū, docet inter ceteros Plinius, dū de gēte Astomorum multa varia que refert. Homines (inquit) sunt sine ore, frondiū vestiuntur lanugine, tantū que viuūt halitu, & odore, quē naribus trahūt: nullū ait illis esse cibū, nullū potum: tantū florū odoribus & syluestriū malorū sustentantur. Ægrotat itaq̃ Spôsa, quæ admodum præsentī carmine docet. Nā sic solent amatores varios incidere in morbos, diuersisque affici ægritudinibus: quas Platonici pollicentur curare. Nascitur autem ab amore vulgari inquietudo quædam mentis, quæ tandiū perseuerat, quoad infectio illa sanguinis, per facinationē iniecta visceribus, extinguitur. Ad eundē ergo modū Sponsa, quasi diuini amoris potentia, vi, & efficacia correpta, postquā domū vini ingressa est, adeo (vt credendū est) vino indulgit, vt tāquā ebria dicat præsentī carmine: [Fulcite me floribus, substernite mihi mala, quia amore langueo.] Paucorū quidē est, & eorū quos æquus amauit Iupiter, qui ampliori illius vini haustu in ægritudinē diuini amoris incurrant: vt quasi grauisimo morbo affecti cū Sponsa possint dicere. [Fulcite me floribus, &c.] Paul. Apost. (vt arbitror) ægritudinem istam quodammodo sentiebat, cū in voces illas prorupit: Viuo ego, iā non ego, sed viuūt in me Christus. Languor enim iste tunc maximē sentitur, cū animus ipse totus quodammodo in amorem Sponsi soluitur: ita vt sui prorsus oblitus, quid de se agatur nesciat, stupidus & sine sensu iacet ad omnia quæ hinc infer-

inferne aguntur: vt nec videre aliquid possit aut velit, nec audire, nec degustare præter vnicum dilectum: ita vt cum Paulo dicat, *Viuo ego, iam non ego: viuit in me Christus.*

*Gala, 2.* Et, *Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore languo. Languet quodammodo & regius vates David, cum tanto diuinæ legis amore flagrabat, vt aperto ore vix posset trahere spiritum præ nimio diuinæ legis desiderio. Ad hanc rem*

*Psal, 118.* pertinent verba illa, *Os meum aperui, & attraxi spiritum, quia mandata tua desideravi. Et voces etiam illæ languentis hominis: Defecit in salutare tuum anima mea. Et iterum: Defecerunt oculi mei in salutare tuum.*

*Psal, 118.* Ac proinde Sponsa, quoniam eodem morbo se correptam sentiebat, iuenculas & pedisequas alloquitur, dicens, *Heus: præbere mihi necessaria officia, & ministeria, quia amore languo, fulcite me floribus, stipate me malis. Aduerte itaque, vulgarem amorem, atque diuinum, cum in alijs rebus, tum verò maxime ista distare, quòd in amore vulgari languor & morbus maxime fugiendus est, tanquam pestis & rabies: hominem enim facit in belluam, & pecudem degenerare. In amore autem diuino, nihil magis est expetendum, quam dilectionis ægritudo. Nam amore languere (vt modo diximus) egregium quidem opus est, & excelsis animis dignum. Aliud enim est amare: quòd fortasse plerisque contingat. Sed amore & charitate ægro tare, id sanè paucissimis datur. Et quicumque ad tantam fœlicitatem peruenit, beatus appellandus est: quemadmodum olim regius vates David, cum hominem appellabat beatum, cuius voluntas esset in lege Domini, imò (vt Hebræa habent,)*

*Psal, 1.*

*quicumque ad tantam fœlicitatem peruenit, beatus appellandus est: quemadmodum olim regius vates David, cum hominem appellabat beatum, cuius voluntas esset in lege Domini, imò (vt Hebræa habent,)*

qui legem Domini deperiret: qui tanto illius studio deflagaret, vt morbo quodammodo & languore stupidus, & sui oblitus iaceret. Nam eodem verbo vitur, quo & Moses, cum *Gene. 34* incredibilem amorem referret Sychem filij Emor, erga Dinam filiam Iacob: qui tanto opere deperibat, vt sui prorsum oblitus, quasi morbo & languore grauissimo fuerit correptus. Sic igitur Sponsus, & quæcunque ad Sponsum attinent, diligenda sunt, vt ad Sponsæ normam nostros animos componentes, diuina non solum amemus, verum etiam, & præ nimio amore langueamus, & tanquam ægritudine grauissima correpti, iaceat corpus, languescat caro, & illius nefarij conatus amoris diuini morbo reprimatur. Sed ad sensum illum accedamus, qui mihi semper visus est huius loci genuinus. Attendat igitur Christianus lector, quoniam languor, & morbus in amore diuino duplici posset ratione contingere. Aut enim languemus quodammodo, vt dilectio ipsa sit flagrantissima (de qua præ diximus:) aut languemus amore, quod amor ipse remittatur, & lentum vires & robur amittat. Erit ergo infirmus, & languens in amore, idem quòd apud Paulum, infirmus in Fide. *R. ma, 14* Infirmum (inquit) in Fide suscipite. Nam illud proprium est & peculiare eorum, qui vino illo selectissimo semel fuere inebriati, qui opes atque diuitias Sponsi fuere conspiciant, nusquam de se magnum aliquid sentire: flagrant amore, dilectione tanquam grauissimo morbo corripiuntur: & tamen semper sibi videntur à debita & necessaria charitate erga Sponsum, ergaque res diuinas, deficere. Itaque quò ardentius amant,

de seipfis minùs sentiunt, & remiffiùs diligere, quàm fit necessarium pro dignitate Sponsi, diuinarumque rerum, iudicant. Itaque, quoniã Spõsa exploratis iam rebus diuinis, Spõsi que dignitatem & præstantiam admirata, flagrantissimè quidem amabat: sed quasi pro dignitate rerum amor, & dilectio multò essent inferiores, inquit, [Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore languo.] Attendè verò quibus remedijs Sponsa contendat ægritudinem leuare, hoc est, iacètem quodammodo dilectionem erigere & excitare, floribus & malis. Id verò ob eã causam factum existimo, quòd superiùs Sponsus lilium & florem se appellabat, & Sponsa Sponsum dixerat esse per similem arbori malo, cuius fructus esset dulcissimus. Quoniam igitur Sponsus flos erat, inquit: [Fulcite me floribus] quoniam autem & malus erat, hoc est, arbor illa, [Stipate me] (inquit) malis. Nam ad depellendos morbos, ad propulsandas ægritudines animi, nusquàm nobis remedia petenda sunt, & medicamenta ab alijs arboribus syluestribus, & infrugiferis. Nò sunt petèda pharmaca à Democrito, & Pythagora, vt quidam stulti atque dementes solèt: sed ab Sponso, qui flos est: ab eodem, qui arbor frugifera est, substernendi nobis flores, substernenda mala: hoc est, nò aliunde quã ab Sponso quæreda leuamèta, petendæ cõsolationes.

**Exod. 20** Nã & vetus Synagoga olim cù amo relãgueret, & dilectione esset vacua, adeò vt Deũ in igne ad radices montis Syna loquentè vehementer pertimesceret: ad Mosè dicebat: Tu loquere cù Sponso, ad Sponsum ascende, tu leges accipito, tu mãdata diuina: nos enim ad tantã rem infirmi sumus, & imbecilles: inde ab Spõso ad-

ducito flores & mala, quib⁹ morbos nostros, & languores possis curare. Nã mãdata legis, & instituta, & quæcũq; necessaria erãt ad fulciendã interiorem vitã, pietatem, religionem, & cætera, mala appellat, quasi à malo arbore discerpta: flores, quoniam à lilio candidissimo collecti, hoc est, ab Sponso. Nam vt reliqua omnia quæ Deus condidit illius referãt naturam: nihil tamen æquè viuidam illius imaginem exprimit, atque diuina lex. Nam quæcũque humanus animus de Deo concipit, hæc omnia, imò & multo maiora in diuinis legibus liceat inuenire. Deus iustus est, bonus, æquus, perfectus. Nonnè in diuinis legibus iustitiam, pietatem, æquitatem, perpetuò liceat considerare? Illud verò magnoperè demirandum est, quòd Sponsa, vt leuiùs ferret ægritudinè, & quodãmodò mitigaret, perit sibi substernãtur flores, & poma. Nonnè stultũ, & postremæ insanie per simile videatur hoc? Quis vnquam adeò desipuit, vt ad leuandam ægritudinem, iubeat, poma subiiciantur, & non potiùs stramenta, puluina, syndones, culcitæ, reliqua que, quæ mollè & delicatũ solèt efficere lectum? Inductæ obiectioni respondet Sponsa: Nihil mirandum est, si quod ego iudico magna cù sapientia coniunctum, vos stultũ existimetis. Nam diuina, Sponsi que mei negotia hoc titulo semper ab stultis hominibus, & improbis excipiuntur. Stulta videtur Crux Christi, stulti labores, stulta mors, imò & ipsa prædicatio, vniuersa que legis Euangelicæ præcepta multis videntur stulta. Quò fit, vt quoniam cùm flores peto, cùm peto mala, remedia, & pharmaca ad leuandam ægritudinè peto: animalibus hominibus, & perditis, & profligatis videatur stultũ.

De-

Demens sanè videtur nostræ carni, mala hæc substernere ad depellédos morbos, & remedia omnia semper ab Sponso expectare, qui flos est, qui arbor pomis refertissima. Sed conticescat stulta caro, reprimat se ipsam, & ab Spõso seduci patiatur.

1. Cor, 1,

Nam quod stultum ipsa iudicat, sapientissimum quidem est, & magno cum iudicio & delectu coniunctum.

Non sit mirandum quod Sponsa, sola Sponsi voluptate dormiat, & quietem agat super poma, imò super saxa durissima. Nã (vt probè dixit sapiens)

Sap, 19,

res omnes creatę Deo subsistent, aliam figuram naturamque induere solent, vt filij Dei conseru-

Exod, 13,

tur. Nam nubes illa castra obumbrabat, & aquis prius occupata

Exod, 14,

terra emergēs sicca apparuit, iter item expeditum è mari rubro, & her-

Exod, 8,

bosus campus è fluctu violento: & terra aliquando pro sobole protulit

Exod, 16,

pediculos, & pro piscibus multitudinem ranarum fluuius euomuit:

& ad placandam famem noua auium progenies è mari in castra deuolauit. Itaque & ad præceptum Spõsi, elementa inter se transponuntur, & comutatur nature rerum (quæ admodum

inquit idem Sapiens) tanquam in psalterio solent permutari concentus, cum tamen fides eundem semper sonum obtineat. Vnde qui potuit aquatica in terrestria mutare, & terrestria in aquatilia: ignem in naturam aquæ,

aquam in naturam ignis: poterit etiã & super durissima saxa, non tantum poma, mollem somnum præbere, & quietum.

Leua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.

CVm Sponsa languentem se agnoscit, vt superiori carmine vidim,

optat, tam celerrimè Sponsus accipit, & ægrotanti sinistram manum capiti supponat cervicalis loco, dextra verò eam amicissimè amplectetur. Sic enim solet Sponsus Sponsam vnice dilectam brachijs excipere, fouere, & sustentare languentem. Nã à condito seculo, sæpius languentem Sponsam, & grauissimis ægritudinibus affectam, labantem, vlnis & brachijs excipiebat, nè corrueret, nè collideretur. Videre est in libr. Genes. quam frequenter ægrotantem Sponsam, & nunc à vera religione, nunc à virtute & honesto deficientem, ad veram pietatem verumque cultum reuocabat: nunc miraculis & portentis, nunc verbi prædicatione, aliquando grauissimas pœnas, & supplicia in sceleratos & flagitiosos intentando, omnibus denique modis illi subueniendo. Denique à iusto Abel vsque ad ea tempora, quando populus Israëliticus duce Mose, autore Deo, in libertatem essertus est, (vt antiquam illam rerum seriem in mentem reuocemus) De<sup>o</sup> Opt. Max. Sponsam suam, quam vnice diligebat, more Sponsi ardenti amore illam complexus, sinistram capiti supponebat, dextra amplectebatur: vt omnibus modis, & recrearet, & sustentaret. Ad hæc rem pertinet (vt mihi videtur) nobilis illa pollicitatio regij vatis Dauid. Iustus cum ceciderit, non collidetur, quia Dominus supponit manum suam. Neque verò quempiam perturbare debeat, quod Sponsus Sponsæ ægrotati, vt leui<sup>9</sup> ferat, sinistram supponit, dextra amplectatur: præsertim cum illa non vulgari amore, sed diuino potius lægucat. Nã quid opus est noua ista recreatione & sustentatione, ei qui diuino amore correptus, veluti ægrotans esset? Hęc remedia potius illis adhibenda, quibus grauissimum imminet periculum,

Psal, 36

culum, nè peccati ægritudine diuexati in mortem & interitum ruant. Sed aduertendum est, Sponsi amplissima beneficia, & indicia hæc summe beneuolentiæ, necessaria quidem esse, & illis qui multis animi pestibus laborant, nè prorsum collidantur, & his etiam, qui propter impotentiam amoris diuini, veluti languent, & ægrotant. Nam si Sponsam in facinus aliquod, aut peccatū prolapsam Sponsus sinistra manu non sustentaret, dextraque amplexaretur: quomodo vnquam Sponsa conciperet peccati odium? aut quando subortis lachrymis, antiqua deploraret errata, aut vera & solida cordis poenitudine contractas dilueret sordes? Neque verò minùs hæc ingētis amoris indicia ei necessaria esse videtur, qui ingenti, & ardentissimo amore diuino, tanquā graui ægritudine diuexatur, & premitur. Nā quomodo pius animus, quomodo Spōsa christi tot carnis cruces tolerare pōt equo animo: quomodo impijs hominibus perpetuis operibus luti & lateris teruire in Ægypto? quomodo ferre impiorū molesta & importuna verba, dicētiū vacatis otio? quomodo deniq; totius mundi, carnis, dæmonis artus, insultus, machinamenta, hæc inquā quomodo ferre potuisset: nisi Sponsus blandē, & amicabiliter alteram illi manum supponeret, altera verò complecteretur, & tanquam sinui admoueret, & applicaret? Paulus Apost. multis laborum fluctibus agitatus, postquā grauisima pericula euaserat, nihil sibi tribuebat: referebat omnia in Sponsum charissimum. Hinc ducebantur verba illa. Qui autem consolatur tristes, & calamitosos inter cruces, & tormenta & grauisima pericula cōsolatus est nos, Deus. Igitur, & Sponsam in pec-

catum & facinus aliquādo prolābentem, & eandem ipsam diuinis amoribus actam, & grauisima pericula in currentem fulcit, consolatur, sustentat, reuocat à peccatis, in spem admirabile erigit: excitat animos, erudit ad pietatem, ad iustitiam, vt verè sit quod inquit Sponsa: [Leua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.] Quæ verba, iuxta Hebraicæ linguæ proprietatem, Sponsæ desideria & affectus videntur exprimere. Sunt enim (vt arbitror) optatiui modi, non indicatiui, aut imperatiui, quemadmodum alij legunt: vt apud Esaiam aliosque vates. Et quāuis in Ecclesia Christi certis, atque quotidianis experimentis exploratum habeamus, Sponsum Christum Iesum Spōsæ charissimæ hæc beneficia præstare: sed eius rei typus atque figura in antiqua Sponsa præcelsit: cuius fœlicitatem & amplitudinem propter Sponsi erga illam charitatem, & beneuolentiam, Salomō præsentis carmine complexus est. Nam cum sinistra in literis sacris bona temporalia significet, dextera verò summa, spiritalia, & æterna (qua loquendi proprietate Christo R. dicitur: *Psal. 109* Sede à dextris meis. Et item: In dextera illius eternitas vitæ) quis non videat Salomonem etiam, fœlicem rerum exitum veteris Sponsæ celebrare voluisse, cum egreditur ex Ægypto, & in desertum se confert? Nam sinistram (vt arbitror) appellat bona illa temporaria, & fluxa, quibus populus ille ditatus fuit: Vasa scilicet argentea, & aurea, totamque Ægyptiorum suppellectilem: deinde verò miracula, & ostenta, quibus & illius vitæ & libertati consuluit, & pericula omnia etiam grauisima longè propulsabat, de quibus sæpius iam diximus. Nam sinistram suppo

Exo. 1,

Exod. 1,

2. Cor. 7.

Exo. 12,

Exod. 14



supponere capiti Sponsæ, idem est, quod hostes & aduersarios mille afficere incommodis, fluctus tumens maris in vtramque partem dimouere, saxa in aquas soluere, reliquaque id genus alia. Sed vt sinistram supposuit Sponsæ, ita & dextra amplexabatur, cum illius animum in monte Syna sanctissimis legibus, diuinisque institutis formabat ad pietatem, & ad omnem iustitiæ rationem excolebat: cum sacrificia, cum oblationes, ritus, denique totum cultum ad veram certamque religionem pertinentem, ostendebat. Quoties autem prolabenti in peccatum & scelus, sinistram supposuit: dextra amplexabatur, ne collapsa penitus contereretur. Quoties etiam veluti diuino amore langueret, Sponsi que madata, & præcepta diligenter obseruaret: incredibili charitate, multis ac grauissimis periculis illam exemit, quoties profligatis hostibus, & deuictis, bellica gloria floruit, & celebres triumphos magna cum laude reportauit. Quæ igitur in antiqua illa Sponsa conspiciuntur (quæ Salomon breui carmine complexus est) eadem ipsa Christus Iesus, verus Sponsus, multoque maiora, & ampliora suæ Ecclesiæ impendit beneficia: & vsque ad sæculi consummationem, cervicali loco sinistram supposita, dextra amplexabitur: quod extra omnem ærumnam, calamitatem, ægritudinemque posita, inter ipsos Sponsi amplexus, & dulcissima oscula, libera, atque perpetua pace fruatur.

*Adiuo vos filie Ierusalem per capreas, cervosque camperum, ne suscitatis, neque euigilare faciatis dilectam, quoadusque ipsa velit.*

CVM Sponsa inter blanditias, & amplexus charissimi Sponsi molliter, ac blandè dormiret post diutinas longasque vigilias, (nam multas traxerat noctes insomnes: quod ferè omnibus ægrotantibus solet accidere) cœpit tandem somnus obrepere: certissimum indicium, euidentisque salutis argumentum. Quamobrem, cum Sponsus nihil haberet aut charius, aut antiquius saluti Sponsæ, & optimæ valetudini: ad pedissequas & iuenculas conuersus, graui adiuratione illis interminatur, illasque deterret, nè Sponsam dulciter, ac blandè dormientem excitent, quoad ipsa vellit. ¶ De adiuratione autem ista, [Adiuo vos per capreas cervosque camperum,] varia est interpretum sententia. Sunt qui dicant, adiurationem istam, in hunc sensum ab Sponso inductam. [Adiuo vos, &c.] Hoc est, si dilectam, importunè, immaturè, ante tempus excitaueritis: eadem ipsa patiamini, quæ solent capreas, quæ cervi camperum à venatoribus circumuenti, qui & occiduntur, & dilaniantur. Id videtur insinuare Rab. Sal. Rab. Salomon, & Rabbi Abenezra, commentarijs in hunc locum. Sed adhibendum semper iudicium est, magnusque delectus adhibendus cum sacras literas interpretamur, nè, more quorundam interpretum, tanquam pecudes ducamur, alienis semper hærentes vestigijs. Nam quæ dicuntur à quibusdam recentioribus, hoc in loco, de sanctis Patriarchis, & antiquis illis Prophetis, quæ etiam de sanctissimis cœlitibus, seu angelis, minus mihi probantur. Est igitur iuramentum hoc, siue adiuratio, venustata: quæ (meo iudicio) præter venustatem & gratiam eximiam, nihil

Rab. Sal.  
Rab. A.  
benez.

hil videtur arcani continere. Ita est enim naturâ comparatum, vt artifices omnes, suæ artis loquantur exemplis, vnusquisque in quo studio totam truiuit ætatem, illius semper similitudines referat. Nam qui nauta est, & gubernator, tristitiam, tempestatem maris appellat: damnum omne & incommodum, appellat naufragium: hostes perinde solet appellare ventos: prosperitatem & lætitiã, auram esse placidissimã dicit. Contrã verò miles, quidquid dixerit, scutum, gladium, loricam, galeam, mortem, vulnus, victoriã semper sonat. In ore philosophorũ semper versatur Plato, Socrates, Zeno, Chrisypus, Xenophon, Theophrastus. Oratores, Demosthenem, Ciceronem, Hiperidem, Lysiam, semper inculcant: poëtã, Homerum Pindarum, Maronem. Nonne igitur rationi erat consentaneum, vt decorem & venustatem assumptæ metaphoricæ pastoricæ, & agrestis, Salomon seruariet, cum Spõsum inducit puellas grauius adiuramentem? Nam quid familiarius pastoribus, & rusticis, & ijs denique qui in montibus semper, semper in syluis agunt, quã ceruos, capreas, lupos, vulpes, & videre, & intueri, & habere frequenter in ore? Cum ergo dixit [ Adiuuro vos per capreas ceruosque camporum ] pastoricæ artis adiuratione vitur, quemadmodum cæteri artifices solent; & naturâ ( vt diximus ) comparatum est. Grauisima proinde adiuratio pecuarij & rustici hominis est, [ Adiuuro vos per capreas ceruosque camporum, ne suscitatis, neque euigilare faciatis dilectam, ] Somnus apud Salomonem præsentis carmine, non ignauiam denotat, aut infidelitatem spiritus: vt apud

Eph. 4., Paulum: Non dormiamus sicut alij:

sed vigilemus, atque sobrij simus. Non vetat Paul. cum ad eas gentes <sup>Theff. 5</sup> scribit, naturalem somnum, sed spiritalem potius, ex quo opera omnia carnis proficiuntur. Quinquã & naturalis, opus tenebrarum sit habendus, si ad voluptatem semper fiat, & eximia ventris impletione: ita vt operibus lucis, hoc est, fidei spei, charitati sit impedimento. Neque somnus, opera nefaria & impia significat, vt apud Paulũ sæpissimè liceat deprehendere: neque euigilare, aut excitare à somno, bona opera ( vt apud eundem etiam Paul. facile sit inuenire. ) Est proinde somnus, præsentis carmine, tranquillitas quædam mentis, & profundior quædam quietudinis ratio. Est & hic tropus Latinis frequens, cum dicunt: <sup>Adagiũ.</sup> Dormientis rete trahit. Et: Cum dederit dilectis suis somnum: hoc <sup>Psal. 127</sup> est, securam omnium, & cunctis bonis affluentem quietem, & securitatem. Atque hinc facile liceat comprehendere, quid verbo excitandi Salomon velit significare. Nam si somnus Sponsæ ( vt diximus ) summa mentis quietudo est, animusque pacatus & tranquillus: Sponsam excitare, idem erit, quod eximiam illã serenitatem mētis perturbare. Hortatur proinde, ne animum Sponsæ quietum, atque pacatum, vlla ratione nouis tumultibus concutiant. Cõstat autem hæc mentis quietudo, & tranquillitas, diligenti & exacta obseruãtia mandatorum Dei. Nam hæc custodia diuinarum legum, apertissimum Sponso extruit domiciliũ, pro illius maiestate & dignitate. Vnde Christus R. N. è vita breui discessurus, his qui illius mandata diligenti custodia seruauerint, pollicetur, dicens: Ad eum veniemus, & mansio- <sup>Ioan. 14.</sup> nem apud eum faciemus. Cum ergò

Spon-

Sponsi mandata sedulo atque sollicitè seruamus, habemus intrà animi penetralia Spiritum Dei inhabitantem: vnde statim proficiscitur somnus ille gratissimus, & mentis securitas incredibilis, quæ vix aut de monis, aut mundi, aut carnis impetus reformidet. His ergò constitutis, fuerit iam operæpretium, videre quid Sponsus insinuare velit, cum iuenculas deterret ab excitanda charissima Sponsa. Olin cum populus Israeliticus prompto esset animo, & expedito, ac proinde peccato, vt iussa Domini exequeretur, & præcepta impleret, & terram promissionis vi, & armis occuparet, profligatis inde impijs gentibus, illorūque religionibus funditus subuersis (vt in lib. Num. legimus,) ad imperium Moyfi ducis illius populi, exploratores missi sunt in terrâ Chanaan, qui ingenium terræ, habitum, & qualitatem contemplantur. Horum quidam redeuntes Sponsam illam non solum non animauerunt, sed vehementer terruerunt dicentes: Terra illa fluit lacte & melle (quem admodum diuina voce accepimus:) cæterum populus qui habitat in regione, robustus est, & vrbes munitæ & maximæ: quin, & posteros enacim illic vidimus commoratos: nequaquam poterimus ascendere ad populum istum, quoniam robustior est nobis, & regio illa ad quam explorandam iuimus, regio est quæ deuorat habitatores suos: & homines sunt monstruæ magnitudinis, aut (vt habent Hebræa,) viri mensurarum. Vidimus quoque illic Nephilim, posteros enac (suimusque nostro iudicio) tanquam locustæ: imò & sic quoque fuimus illorum iudicio. Audis, homines perditos & flagitiosos Sponsam charissimam excitā

tes, & tranquillitatem mentis interturbantes, illamque animi promptitudinem seruandam diuina mandata, (per quam cōtingit somnus ille felicissimus) prorsum impediētes. Sed longius progreditur iuencularum impietas. Nam cum indignato Sponso, & nouo illorum flagitio irritato & commoto, iuberet ne populus Israeliticus terram Chanaan ingrederetur, (nam diuino oraculo acceperat suarum rerum infelicem exitum, si citrà diuinum consilium tantum facinus aggrederetur,) dixerunt. Præsto sumus, & ascendemus ad eum locum, de quo dixit Dominus. At illi, corroborantes se ascēderunt in cacumen montis, & descendens Amalech, contriuit eos, & percussit usque in Horma. Quibus locis, simplici rerum gellarū hystoria, docet diuinus Spiritus, quid Sponsus iubeat, cum vetat, ne adolescentulæ somnum & quietem Sponsæ interturbent. Ita (proh dolor) fieri semper vidimus, vt nulquam desint iuenculæ, hoc est, doctores elūbes, & perniciosi, qui Sponsam excitent, & mentis quietudinem perturbent, & profundissimam pacem profligare cōtendant. Tota mentis quietudo (vt diximus) obseruantia potissimum diuinorum mandatorum cōstat. At verò veterem illam Spōsam iuenculæ, impij homines, excitant, ne scilicet diuina mandata exequeretur (id quod illa alioquin libenti animo faceret,) dicentes: Terra illa certè fluit lacte & melle. Nam quicumque excitare Sponsam contendunt, & illam auocare moliuntur à quietudine mentis, exteriorē aliquam speciem pietatis & religionis præferunt. Certè (inquiunt) ita est, quæ admodum diuinis oraculis accepimus: quoniam terra fluit lacte

&amp;

Num. 13,  
& 14,

& melle: ceterum diuinum mandatum exequi non poteris, nam terra illa deuorat omnes, &c. vidimus homines, &c. Grauem igitur timorem Sponsæ incutientes illam deterrent, & à quietudine mentis excitant, ne Sponsi iussa opere expleat. Videas plerumque, qui, si de diuinis mādatis, præceptis, institutis, agitur, primo ingressu speciem quandam pietatis referunt, dicentes, Christianam vitam beatam esse, atque foelicem, quemadmodum diuinis oraculis exploratum est. Verum si incidat mentio de sollicita obseruantia mandatorum Dei: illico conscientias piorum hominum perturbat, dicentes: Seruare diuina mandata res plena laboris, atque sudoris: Et quis poterit tantum facinus aggredi, tantam subire prouinciā? Quid verò de consilijs? Sponsam ea ratione deterrent, vt consilia diuina illi videantur Philistæi, homines portentosa magnitudinis, ad quos horrendum sit vel tantisper accedere. Et quis posset (inquiunt) modo honestatis & gloriae (vt decet animum generolum) cupidus sit, non retaliari iniuriam, & tantopere proprios contemnere honores, vt maledicenti non maledicat, vt in conuitiantem non regeat conuitia? Quid verò de dimittenda tunica deferenti pallium, de non aspicienda aliena vxore oculo petulanti, de paupertate spiritus, de ferendis persecutionibus, deque alijs huiusmodi? Homines improbi, qui nomine iuuenularum exprimuntur præsentis carmine, tanquam gigantes sint partes istæ beatæ & foelicis vitæ, diuina mandata, Sponsi consilia, ita Sponsam excitant, & perterrefaciunt, ne scilicet eorum obseruantiam aggrediatur. Quod si quispiam sit qui velit operi manus adiuuere, rident, subsa-

nant, impostorem appellant, hypocritam, multisque scommatis, longoque risu excipiunt. Heu quam difficile est (inquiunt) terram promissionis ingredi, carnis cohibere imperus, iustitiam colere, pietatē sectari, & cum dæmone, cum mundo, cum carne, filijs Enachim congregari. Ad eandem rem efficiendam, vt Sponsam excitent, & deterreant à diuinis mandatis seruandis, nunc carnis imbecillitatem proponunt, nunc læssam libertatem arbitrij causantur, imò etiam extinctam (vt Germani,) dæmonis astus, & machinamenta mundi, blanditiem carnis, impudicos motus: nihil præterea ex nobis ipsis esse: sed tanquam locustæ & formicæ, si cum diuinis mandatis & præceptis componamur: & tanquam exploratores illi cum Philistæis & gigantibus compositi, aut collati. Finge verò Sponsum iubere, ne quispiam terram promissionis ascendat: iubeat, ne quispiam (exempli gratia) furetur, ne alienam vxorem concupiscat, ne mutui prætextu aliquid accipiat: armat se mundus aduersus Sponsæ quietudinem alia ratione longè diuersa. Nam vt olim, Num. 13. iubente Sponso Ascendite terram promissionis, improbi & flagitiosi dicebant, non esse ascendendū: è vestigio verò, iubente Sponso ne Num. 14. ascenderent, vt pacem Sponsæ perturbarent, impij homines dicebant, ascendendum esse, & populo faciebant amplissimos animos: ad eundem modum elumbes illi doctores, quos Sponsus alloquitur, si iubet Sponsus aliquid faciendum esse, publicam tranquillitatem perturbant, dicentes: aut non esse faciendum, aut nos esse impares tanto negotio. Atque ea ratione omnibus modis

con-

contendunt pacem soluere, & Spō-  
sam à dulcissimo somno excitare.  
Iubet ergò sponsus, ne quidpiam fa-  
ciamus (vt dixi) eò quòd sint opera  
illa graui cum flagicio coniuncta.  
Statim iuenculæ & falsi doctores,  
grauitatem, & atrocitatem scelerū  
extenuant, & imminuunt, adeò vt  
sint plerique, qui latenter & quasi  
per cuniculos doceant, qua ratione  
pōsis aliena surripere, aut derinere  
sine peccato, quo pacto pōsis alte-  
rius lædere famam, cum tamen ne-  
que sceleri neque restitutioni sis ob-  
noxius. Idem dixerim de alijs omni-  
bus sceleribus. Non igitur est Spon-  
sa excitanda à dulcissimo & gratif-  
simo somno: hoc est, non est illius  
animus, ad obseruantiam mandato-  
rum Dei promptus, & expeditus, à  
malis hominibus, & falsis doctori-  
bus perturbandus. Alioquin, quem-  
admodum olim perturbatores illi  
populi Israelitici fuerunt funesta  
nece interempti: ita etiam & suo tē-  
pore pœnas & supplicia dabunt. Id  
enim significat grauis illa & perti-  
nescenda adiuratio pastorica. [Ad  
iuro vos per capreas, ceruosque cā-  
porum.] Est enim grauissimum sce-  
lus, & peccatum penè inexpiabile,  
Sponsæ somnum, hoc est, publicam  
totius cætus ecclesiastici pacē per-  
turbare. Christus R. N. inquit, Væ  
homini illi, per quem scandalum ve-  
nit. Paulus verò, de Sponso inquit:  
Nō est dissensionis Deus, sed pacis.  
Et iterum. Quicūque conturbaue-  
rit ecclesiam, portabit iudiciū, quis-  
quis ille sit. Et ad Galatas eadem ip-  
sa verba retulit. Pertinet autem ad  
libertatem arbitrij, quod sponsus di-  
xit. [Donec ipsa velit.] Nam nostræ  
facultatis est, in nostroque arbitrio  
positum, vt quoties libitum fuerit,  
mentis quietudinem turbemus, &

serenitatem animi, & pacē conscien-  
tiæ concutiamus, & profligemus.

*Vox dilecti mei. Ecce iste venit sa-  
liens in montibus, transfiliens colles:  
Similis est dilectus meus caprea,  
hinnuloque ceruorum.*

Agnoscit sponsa vocem sponsi lo-  
quentis, atque subito commota,  
ingētiq̄ lætitia perfusa, quemad-  
modum solent amantes, in voces  
istas prorumpit. [Vox dilecti mei.]  
Quasi dicat. Ego vocem istam agno-  
sco, nec me fallit meum iudicium:  
non coniecturis ad rem istam credē-  
dam adducor, sed certo & euidentī  
argumento. Nam quis potuit, tam  
solicite, grauissimis etiam pœnis in-  
tentatis, meum somnum seruare, ne  
tranquillitatem mentis, & serenita-  
tem perturbaret quispiam? Hoc ita-  
que studium, tam sedula cura, spon-  
si mei est. Ob eamque causam dixi,  
vocem esse dilecti. Longè enim di-  
uersa studia sunt Sponsi, & eorum  
quos falsos doctores, improbos, &  
flagiciosos appellauimus. Nam  
quemadmodum illi contendunt,  
omnibusque modis nituntur dor-  
mientem excitare sponsam, & il-  
lius somnum perturbare: ita etiam  
& dilectus sponsus sponsæ quietu-  
dinem, tranquillitatēq̄ sollicitē stu-  
det extra omnem perturbationem  
seruare. Hinc igitur sponsa facto iu-  
dicio inquit. [Vox dilecti mei.]  
Quasi dicat. Non pōsit hæc vox al-  
terius esse, quam eius, quem ego ve-  
hementer diligo. Nam sunt illius  
verba, est illius vox plena pietatis,  
& consolationis eximie. Sic Chri-  
stus R. N. apud Ioannem Euangeli-  
stā dicebat aliquādo, cū de ouibus  
suis, de sua cura, & sollicitudine erga  
illas

Mat. 18.  
1. Cor. 14.

1. Cor. 7.

Gala. 5.

1. aa. 10. illas, apud Iudæos longam habuisset orationem: Ego cognosco oves meas, & cognoscunt me mee. Et iterum: Vocem meam audient. Christus Ies. verus Sponsus oves suas agnoscit: nam illis miro modo indulget, fauet, deducit ad pascua, salubribus aquis potat. Nihil magis illi est in votis, quàm ut oves sue secure trāquilleque agant: non illas nimis fatigat laboribus, neque longo itinere affligit. Hoc est oves cognoscere. Quid verò de ouibus inquit? Et me agnoscunt meæ, & vocem meam audient. Oves agnoscunt Christum, & potissimum ex voce agnoscunt, quem admodum Sponsa presenti carmine. Quod si curiosius inuestigare contendas, quàm fieri possit, ut oves Christi Iesu, inter tot pastores, eius Sponsa inter tot doctores, vocem Sponsi tam certo iudicio deprehendat: causa sanè erit: quoniam (ut mihi videtur, imò, ut docet Spiritus diuinus locis iam adductis) duplex est vox siue verbum: alterum est, verbum hominum, alterum est verbum Dei. Et quemadmodum optimi prodidere philotophi, facile sit ex effectibus ipsis naturam deprehendere causarum. Huius verbi, quod hominum appellamus, naturam & ingenium cupis agnoscere? Primò perpetuo excitat Sponsam à somno dulcissimo, (quæ admodum superiori carmine diffuse satis explicauimus) animorum trāquillitatem, & quietudinem perturbare nititur. Et ut ex èplis ex libris Numerorum inductis patet) verbum hominum aduersus diuina mandata & leges, omnibus modis se armat, ut illa acerrimè expugnet. Sed huius verbi expressissimam habes imaginem in Euangelio Christi, eis in locis, ubi Christus R. N. impios phariseos acri-

ter obiurgat. Nam nefarij homines, propter sua lucra, suis cōmodis semper intenti, vocem Spōsi, hoc est, diuinas leges, ad sua placita torquebant, contemnebant: tantum illis erant in ore maiorū traditiones: quæ admodum Christo. R. N. obicere, cū totus cœtus apostolicus, ad sedandam famem vrgentissimam spicas manus cōfricaret. Et Christus R. N. Quare vos (inquit) trāsgredimini mādātū Dei, propter traditiones vestras? Quo loco duo inter se opposuit Christus R. N. Ex altera parte vocem Spōsi, hoc est mādātā Dei: ex altera verò, vocem hominum, hoc est, traditiones phariseorum. Deprehenditur igitur hominum verbum hoc certissimo iudicio, quòd verbo sponsi, & illius voci vehementer repugnat. Deinde hoc verbum (quemadmodum & idem sponsus Chr. I. frequenter phariseis obieciebat) alligat onera grauia, & importabilia aliorum humeris, cū tamen autores verbi, neque digito suo, ea dignetur attingere. Hoc verbum est, quod claudit simplici populo regnum cœlorum. De qua re diximus in superiori carmine. Nā neque huius verbi doctores cœlum ingredi nituntur, neque alios intrare permittunt: nunc propositis difficultatibus itineris, nunc adhibitis impedimentis mādatorum, præceptorum, institutionum, quæ Christus omnia appellabat traditiones. Verbum hoc incumbit semper huic negotio, ut decimas extorqueat, ut domos viduarum deuoret, ut oves profum expilet: postremò conscientias torquet, exterret, consolatur nunquam. Cōtra verò verbum Dei pietate plenum est, plenum consolatione. Dei verbo admonemur semper quanta sit bonitas Dei, quàm eximia liberalitas, quàm libenter donet errata.

Exci-

Excitatur Dei verbo ad sectandā non inanē virtutis effigiem & pietatis, sed viuā potius & certā imaginem honesti. Verbum Dei nostris semper vtilitatibus cōsulit, quietudini, securitati, tranquillitati mētis: deterret nonnunquā supplitiorum memoria, sed tantisper quoad ab ipso timore sensim ad charitatē & dilectionē erigimur. Verbū Sponsi nostris miserijs, & calamitatib<sup>9</sup>, infirmitati, & imbecillitati succurrit. Quę omnia quoniā certo experimēto deprehēdunt oues Christi, longo rerū vsu cognouit Sponsa, quid mirū est si inter tot absonas voces tumultuātū pseudo doctorum, pseudo pastōrū, dicat: [Vox dilecti,] & oues Christi illius etiā voces audiāt? Ob eā rē (vt arbitror) verba Spōsi, illi<sup>9</sup> leges, & instituta, testimonia Dei appellātur. Nā quęadmodū hominum vox multis modis testatur, quib<sup>9</sup> ex causis fuerit profecta, quoniā ab humano ingenio & industria: ita etiā & verbū Dei testimoniū illius appellatur, quod piorū hominū conscientijs perpetuō testetur, propter eas quas adduxim<sup>9</sup> causas, quibus ex sōtibus verbū hoc & haustū fuerit, & expressū. Sicq<sup>3</sup> pijs hominibus testimoniū hoc adeo certū est, & intimis animi recessib<sup>9</sup> adeo infixū, vt nemo sit, qui audito verbo Dei non possit dicere. [Vox dilecti mei.] Huius diuini Philoſophiæ habes in Exodo exēpla quędā ex reb<sup>9</sup> veteris Synagogę delumptra. Cūm Spōsa Dei aliquādo in Aegypto graui seruitute pmeretur, audit vocē quādam quā dilecti esse iureiurādo affirmaret, si id postularēt necessitas. Vide quid dicat Spōsus. Vidi afflictionē populi mei, qui est in Aegypto, & clamorē eorū, qui fit ppter exactores, quos habēt, quoniā scio dolores eorū, def

cēdi, vt liberē eos de manu Aegyptiorū, educamq<sup>3</sup> eos de terra ista ad terrā bonā & spatiosā, ad terrā fluētē lacte & melle. Attende obsecro christiane lector, & acri & intēto animo, quale sit verbū Dei, deinde verò, quā benē Sponsa audito verbo spōsi statim dixit: [Vox dilecti mei] Vidēs vidi afflictionē populi mei: hoc est, intentissimē cōspexi, & exactē perpēdi. Nā primò, Dei verbū testatur apud pios homines, quāta sit illius sollicitudo ergā Sponsam, quā vnice diligit, quāta etiā prouidētia: deinde verò testatur apud nos, quoniā & nris miserijs, & afflictionib<sup>9</sup> De<sup>9</sup> O.M. paternis viscerib<sup>9</sup> cōmiserescit. Ob eāq<sup>3</sup> causā dixit: afflictionē populi mei. Tertio, Aegypti meminit, meminit etiā exactorū Pharaōis. Nā diligēter studet spōsus pōsā ab hōib<sup>9</sup> improbis & flagitiosis liberare, & asserere in libertatē. Tātisp pmit in Aegypto, & iter exactores improbos, dū externa cruce humilis, & sui agnosces reddit ad cor. Sed tandē exēpta à misera seruitute, in suā felicitatē & gloriā euehet. De qua re apertē etiā testat verbū dei: & clamorē (inquit) eorū audiui. Audis vocē Spōsi plenā eximia consolatione. Nā & piorū hominū vocib<sup>9</sup> & orationib<sup>9</sup> semper aures adhibet, & illorū preces libēti animo excipit, & vt illis ferat opē & p̄sidiū, p̄sto seper est. Postremò: vt educā in terrā latā & spatiosam. Vide quale sit testimoniū verbi Dei, quā facile sit vel à lōgē illud deprehēdere, & agnoscere. Nā post Aegyptū sequit terra lata & spatiosa: post amaritudines laborū & afflictionū, terra fluēs lacte & melle: post cruces & tormēta, post opa luti & lateris sequit incredibilis rerū oīum copia, affluentia, abūdantia, sequitur ipsa

H felici-

Exod. 3.  
& 7.

foelicitas & beatitudo. Quid igitur mirum est, quando talis est vox Spōsi, si illā Sponsa tam certō cognoscit, dicēs: [Vox dilecti mei?] Fuerit facillē etiam & diligenti & curioso lectori, ex verbis quæ habētur Exo. colligere, quale sit verbum hominum pseudodoctorum, & pseudopastorum. Nam præcepit Pharaosuis exactoribus dicens. Posthac nō dabitis populo paleas ad coquendos lateres, quemadmodum heri, & nudius tertius: eant illi & colligant sibi paleas, mensuramque laterum, quā antea fecerunt, imponetis eis, nec minuetis ex ea: nā vacantes orio dicūt: Ibiimus viam triū dierum, & sacrificabimus Deo nostro. Agrauetur seruitus super viros & faciant ea quæ dixi, nē respiciant in res vanas. Habes hic inter vocem Sponsi aliorumque hominū voces tanquā penicillo quodam depictam imaginem diuersitatis, atque differentiæ, quā ego libens prætermitto aliō properans. Sequitur deinde. [Ecce iste venit saliens in montibus, transfiliens colles. Similis est dilectus meus capræ, hinnuloque ceruorum.] Sponsa sibi videtur (siue hæc acciderint inter dormiendū, siue inter vigilandum) Sponsum se videre tam veloci cursu ad eam festinantem, vt montes omnes, & colles quantūuis erectos transfiliat: adeoq; inter currendū nō defatigēt, vt & ipso cursu, & agilitate ad motum, & patientia laboris, per similes videatur capræ animanti velocissimo, aut ceruorū hinnulo. Mōtes autem & colles in scripturis sacris regna significare amplissima, ciuitates opulentas, & reges ipsos, & potētes seculi huius, nemo (vt arbitror) est qui ignoret. Vnde & mons Samarię pro ipsa Samaria accipitur, & mōs

Amorrhæi pro ipsa regione Amorrhæorū. Et in Esaiā, Babylō mōs opulētus dicitur: cū tamē probatissimorum autorum testimonio constet, ciuitatem illam sitam in plano. Ieremias eandem Babylonem montem appellat. Et apud Esaiam Christus R. N. mons appellatur, & scēpē principes & reges apud eundem Prophetam, aliosque vates, colles & montes: cū quod alijs emineāt, tum quod propter dignitates imperij & regni, instar collium & montium in superbiam erigantur. Multas alias prætermitto consultō huius appellationis causas. Videt proinde Sponsa Sponsum festinantem, properantemque, transfilientemque montes. Quibus verbis latentē voluit insinuare, & celebrare carmine isto, admirabilē, & indefatigabilē, tum in superabilem Sponsi potentiam. Nam primō Sponsi opera non eius conditionis sunt, vt cū humanis operibus debeant cōferri. Nam humana vis & facultas, vt sua exequatur opera, eget tempore, labore, excogitata industria, alijsque multis adminiculis. Obcamque rem lento semper gradu procedit ad opera. Sponsus autē, adeo velociter operatur, festinatē adeo efficit quæcūq; animo concipit, vt in literis sacris ignis consumens s'appelletur. Nā quæ admodum ignis inter cetera elementa excellit vi & potentia, & motu, & operationis celeritate: ita etiam & spōsus D. Op. Max. tanta facilitate operatur, vt citiūs sua opera efficiat quā possis vel concipere, vel cogitare. Admirata ergo Sponsa Sponsi sui potentiam, propter facilitatem operandi, illū assimilat velocissimo cursori transfilienti montes & colles, capræ, præterea & hinnulo. Deinde verō, scēpē humana facultas,

Exod. 7.

Exod. 3.

Hic, vlt.

esai, 13

Deut. 4

Heb. it



tas & vis, debitas operationes non exequitur: quòd multa possint illius conatus retundere, & impetū etiam operādi impedire. Spōsus autē, quid quid cogitauerit animo, nullo impediēte conficiet. Nam nequē tota creatura rationalis, neque totus orbis, si se illi opponat, impedimento poterit esse, quò minus exequatur quæ cupit. Id Sponsa latenter docet cūm Sponsum videt, non solūm velocissimē decurrentem, sed & transilientem summa cūm facilitate montes & colles. Nam quis non videat, montium abrupta loca, saxosa, & confragosa in altitudinem præsertim surrecta, cursum impedire? At verò Sponsus non solūm tam facilliter, verūm etiam & tam potenter currit, vt nequē montes, aut colles illius possint cursum præpedire. Postremò quæcunque creata facultas & laborat, & defatigatur suis operationibus: eamque ob causam nec diū posset illis intendere, neq; si intenderet, illas, vt opus est, exequeretur. Sponsus verò vsque ad eò inter operandum non defatigatur, vt, tamerli mille mundos conderet, alias que nouas creaturas moliretur, vllam sentiret lassitudinem, aut defatigationem. Quò fit, vt venustissimē Sponsa (quoniam carmen pastoricum est) & capræ & hinnulo Spōsum assimilat, cūm, quòd velocissimē currat inter cætera animantia, tum verò maximē, quòd inter currendum nullum sentiat laborem, nullam lassitudinem, aut defatigationem. Hæc verò ab Sponsa (vt arbitror) dicta sunt, vt Sponsi potentiam admirabilem celebraret. Quæ cūm multis alijs argumentis à condito orbe apud mortales se declararit, tū verò maximē, cūm Sponsam vnice dilectā, renuēre & reluctāte

Pharaone, totoq; illi<sup>o</sup> regno, in libertatē vindicauit. Videre est, quāta facilitate totā penē Ægyptiorum regionē funditus deleuit: quā felitnanter plagis, portētis à seculo nūquam auditis, impios, & sceleratos afflixit. Solo virgē cōtactu fluminis aque in cruorē vertebantur, quibus mixta sanie fluētib<sup>o</sup>, plures est dies fiti laboratū. Quā potēter teterrimas clades super alias adiecit! Vis primò ranarū ingens nō solūm agros, sed & domos ipsas infesto agmine repleuit. Phithriasis de iude tabida corpora corripuit, vt neq; balneis neq; medicamēto vllō ab ea sordidū iniuria miseri accolē defenderētur. Sed neq; his omnib<sup>o</sup> defatigatur vis & potētia Spōsi, nō magis quā hynulus & capra inter currēdū. Sequitur in festissim<sup>o</sup> muscarū incurfus, & ignotæ antea bestiarū figuræ: vulgat<sup>o</sup> inde morb<sup>o</sup>, ita vt corrupta corpora lenta tabe, vlcerosa ficēt. Deiecta grādo de cœlo, cū tēpestate fedissima, quæ sata, fruges, arbores, omne pecus miserabili strage cōsumpsit. Et nondū defatigat diuina potētia, nam quod reliquum erat in agris numerus locustarum ingens populatus est. Obortæ tandem tenebræ visum mortalibus ademere. Et tandē, ne vltiū progrediamur, nequē magorū præstigia, neq; Pharaonis potētia, neq; induratus animus, neq; simulata & emērita confessio, neque tota manus Ægyptiorū, & acies cōfertissimē, humana industria, studium, reliqua q; id genus potuerunt esse impedimento, quò minus velocissimē, potentissimē, citra vllam defatigationem Hebræorum populum in gratissimā libertatē educeret. Quid verò (si antiquitatem sacræ historie repetas) quanta facilitate, reges, & principes, qui

Exod. 7

Exod. 8

Exod. 9

Exod. 10

in montibus, & collibus terræ Chanaan inhabitabant, deiecit? quàm potenter profligauit Ethæorum reges, Amorreorum, Heueorum, Iebuseorum? Quos omnes (vt arbitror) Sponsa præsentis carmine, montes, & colles appellat. Nā hi omnes cū ipso Pharaone, tanquā cōiuratione facta, Sponsū cursu vellocissimo per illorū montes festinantem impedire nitentur. Sed talis est Sponsi potētia, vt nulla humana vis illi possit obistere. Quod & in Christo R. N. apertius conspicitur. Nullo enim humano præsidio, nullis opibus, aut diuitijs, non humana sapientia aut eloquentia, non principum fauore subito totum orbem, omnes montes & colles citissimo cursu trāsiliit. Animus erat, totum orbē in suas leges pertrahere: cœpit prædicatione verbi per totum orbem discurrere: opposuere se montes, opposuere se colles: hinc humana sapientia, illinc humana potētia, sapientes, potētes, Principes, Philosophi, & totum Romanum imperium, cursum subsiliētis Sponsi impedire moliebatur: adhibentur tormenta, cruce, flamme, gladij, eculei, aliaque id genus, quæ longum esset recētere. Adduxit humana sapientia entymemata, syllogismos, argutias, argumenta, & rationes humano ingenio adinuētas: sed hæc omnia transiliit Sponsus, & festināter, & potētēter, & indefessē. Imò & viuenti Christo opposuit se Pharisæorū hypocrisis, animal quidem truculentissimum, & potentissimum, illorum autoritas, traditiones maiorum, plausus populi, consuetudo multis temporum curriculum firmata: sed Sponsus, vt erat velox, potens, indefatigabilis, superauit omnia, vicit, prostravit, calcavit.

*Em ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos.*

**A**Dmiratur Sponsa tantā in Sponsō charissimo facilitatē & videnti, & audiendi. Ego (inquit) cū multis iniuriarum fluctibus agitarer, credebam, animo que reputabam meo, me solam, desertam, desolatam: subito apparuit Sponsus montes & colles leui cursu subsiliēs, vt mihi ferret opem. Cœpi mecum cogitare, vbinā Sponsus erat, cū ego tot incommodis afficerer: & tandem deprehendi, tum maximē adfuisse, cū maximē videbatur absens, instar eorum, qui per cancellos aut fenestras conspiciunt: qui cū reliquos probē videant, & intueantur, ipsi tamen à nullo videntur. Pulchrē (me hercle) ingenium Sponsi præsentis carmine Sponsa depingit. Solent parentes, & domini, tūc etiam mariti, ad explorandam fidelitatem seruorum, coniugumque pudicitiam, sæpius absentiam simulare, cū tamen in interiori parte domus post parietem, aut in aliquo angulo reclusi diligenter obseruent, quid serui, quid vxores, quid filij agant: nonnunquā forsā re ita exigente & postulante, per cancellos & fenestras conspiciunt. Non secūs etiam & Sponsus frequenter se absentē simulat, cū tamē præsens semper adsit, sēperque nos, nostra facta, dicta, cogitatus intueatur: quamuis illū minimē videamus, quemadmodū neque eos qui nos per cancellos conspiciunt. Apertē nobis hoc genus Philosophiæ declarat parabola illa patris familias, qui, vt fidem seruorum haberet exploratissimā, postquā pauca quedā talenta,

ta,

ta illorum indultriæ commissit, pe-  
regre tandem profectus est. Ad eun-  
dem modum Sponsus se frequenter  
absentem simulat, nunc vt permit-  
tat nos tentationi, vt cum illa tantif-  
per colluctemur, & cum hoste cõse-  
ramus manus, probeque sciat quis-  
que nostrum, quàm fragilis res sit  
homo, quàm nihil possit sine illius  
Exo. 1. ope, & præfidio. Nonnunquam se  
absentem simulat, vt impijs, id exi-  
gentibus illorum sceleribus, maiore  
præbeat peccandi licentiam. Spon-  
sa proinde, quoniam se multis incõ-  
modis affectam in Ægypto vide-  
rat, clamaueratque sæpius propter  
grauissima opera luti & lateris, ab-  
sentem putabat Sponsum, cum per  
trecentos annos plus minus, grauif-  
sima seruitute premeretur, cum ad  
illius clamores neque Sponsus ex-  
citaretur, neque verbum hisceret.  
Sed postquam vocatis Moise, &  
Aarone, viris præstantissimis, de il-  
lorum cœpit libertate agere tam so-  
licite, postquam audiere verba illa,  
Videns vidi afflictionem populi mei,  
Exod 3 & gemitum illorum audiui, rapitur  
Sponsa in admirationem, & tamquam  
certissimo argumento colligit, Spõ-  
sum minimè absentem fuisse. Sed in-  
quit: Ego illum non videbam, quo-  
niàm prospiciebat per fenestras, as-  
piciebat per cancellos. Colligitur  
ergo, Sponsum nobis perpetuò ad ef-  
se, nostri curam gerere, nostros labo-  
res, & calamitates intueri, quauis à  
nobis neque sentiat, neque videat-  
tur, ac proinde accipiendam summam  
fiduciam, & spem. Nam cum absens  
videtur, tunc prospicit per cancellos,  
tunc stat post parietem, vt nobis col-  
labentibus manum porrigat. Huc  
spectant verba illa Christi: Confidi-  
te, ego enim vobiscum sum, vsq; ad  
consummationem seculi.

*Et dilectus meus loquitur mihi, surge  
propera amica mea, columba mea,  
formosa mea, & veni. Iam enim hyes,  
transiit, imber abiit, & recessit. Flo-  
res apparuerunt in terra nostra, tẽ-  
pus putationis aduenit: vox turtu-  
ris audita est in terra nostra: ficus  
portulit grossos suos, vinea floren-  
tes dederunt odorem.*

**D**E ambulatione amatoria (dum  
Sponsa inuitata expatiatur ver-  
no tempore ad rupem quandam, vbi va-  
cent amoribus, vbi de libertate gra-  
tissima, de extincta seruitute, invere-  
ri Sponsa, in noua autem, de remissio-  
ne peccati, de iustitia, & æterna vita  
per Christi meritum) agitur. Est igitur  
vox dilecti. [Surge propera a-  
mica mea & veni.] Dixim⁹ in supe-  
riorib⁹, multis ex reb⁹, multisq; cau-  
sis vocem dilecti, illiusq; verbum posse  
deprehendi: inter cætera dixim⁹,  
ex diuino verbo proficisci incredi-  
bilem quandam consolationem, tum etiã  
& eodem verbo nos instrui mirifice,  
ad iustitiæ & pietatis cultum. Que omnia  
presenti inuitatione Spõsi erga Spõ-  
sam charissimam liceat conspiciere. Et  
primò verbum Spõsi ad virtutes ex-  
citat, cum inquit, [Surge.] Vt enim  
olim veterem Synagogam excitabat, vt  
à misera seruitute qua in Ægypto  
premebatur se aliquando in liberta-  
tem reciperet: ita etiã & ab initio con-  
diti orbis, & ad seculi vsque confu-  
sionem inuitat, allicit, excitat, nunc in  
ternis inspirationibus, nunc verò exter-  
nis indicijs & signis, vt quisq; se ali-  
quando erigat, ne semper in ceno mi-  
serie, seruitutis, & peccatorum sterqui-  
linio voluteat. Hortabatur igitur Spõsi  
loquella, verbum, vox, antiquam Spõsam  
[Surge] cum ageret in Ægypto,  
& illam quodammodo vellicabat,

vt excitaretur aliquandò à seruitute corporea, imò & à deorum cultu & à falsis religionibus, à veteri peccandi consuetudine: excitat nunc, semperque excitabit ab antiquis erroribus eandem ipsam Sponsam, à voluptatum cœno, ab impuro visibiliū rerum amore. In hanc rem frequenter Sponsi verbum incumbit: vt videre licet apud Paul. Apostolum, qui sæpè mortales excitat, & hortatur, ut surgant, proposita luce fulgentissima, depulsis tenebris: Nox præcessit, dies autè appropinquauit. Et iterū: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, &c. In eam sententiam (vt existimo) Sponsus ipse Christ⁹ Ies. apud Ioannem multis in locis frequenter, lucis mentionē intulit: lucis (inquam) se in animos hominum insinuantis: vt lucis nomine iacentes homines excitaret ad illius intuitum, depulsis erroribus & peccatorum tenebris. Lux enim maxime homines excitat à somno, pigritiam excutit, & ad opera & labores reuocat. Secundò, non solum hortatur Sponsi verbū, vt surgat quisq; à peccatis, & erroribus (vt dixi) verumetiā, vt surgamus properanter magnaque cum festinatione. Nam & populū Israeliticum, cum in Aegypto versaretur (vt diximus) festinanter eiecit à seruitute corporea qua premebatur: & quò velocius relinqueret Aegyptum, eos ipsos Aegyptios voluit, autores & impulsores huius festinationis. Nam eiecti ab Aegyptijs, non potuere moram facere, neque viaticum parare. Vocabat igitur Dei verbum Sponsam suam, vt surgeret, Aegyptum relinqueret, impias & nefarias religiones, scelera, & flagitia, quibus diu ac multum fuerat implicata: hortabatur, vt properan-

ter, non lento gradu, aut testudineo, fugeret seruitutem adeò infœlicem. Nam ad eandem rem (vt arbitror) pertinebat, quod typicū agnum tanta celeritate exedere iubebat, vt lūbi essent accinti, calceamēta in pedib⁹, bacul⁹ in manib⁹: & tādē iubebat comedēdū esse magna cum festinatione: Et causam reddit. Quoniam (inquit) est pascha Domini, siue Phase: hoc est, non solum transitus, siue præteritio, verumetiā & transilitio: vt sit ille transitus, de quo à nobis disputatum est superiori carmine, cum Sponsus magna cum festinatione, montes & colles transiliret. Itaque & ipsa vocationis ratio, cum Sponsam excitat, tum & agni connectio, & transitus ipse Sponsi per Aegyptum tam celer, tam festinus, omnia Sponsam inuitabant, non solum vt veniret, non solum vt surgeret, sed vt properanter surgeret. Nam cum quis ab Sponso vocatur, sentitque vel interiùs, vel exteriùs ipsam vocationis efficaciam, non solum surgendum est, & renuncianda vita antea cta verumetiā & festinanter surgendum, & concito gradu ad virtutem & pietatem, & religionis studium properandum. Nam diuinū verbum vehementer abhorret ab illo animi torpore, qui plerosq; frequenter occupat: ita vt si ad peccatū eundum est, incredibili agilitate eant, & tāquā seipos præcipientes de: si verò ad virtutē, lēto gradu, tepide, reluctāter. Hortatur proinde Spō si verbū secūdo loco, vt Spōsa properet. Tertio loco, hortatur, vt veniat. Is enim semper est diuinę vocationis, & verbi charissimī Spōsi scop⁹, & finis, vt aliq̄do ad illū tādē veniam⁹. Nā qd iuuat, à peccato surgere, et antea relinquerē vitā & surgere

fe-

festinanter, si aliò cursum dirigit? Nam sunt plerique qui (gratia exēpli) à peccato carnis surgunt, & properanter, sed non vt ad Spōsum veniant: sed potius vt honestatis titulo, & pudicitie nomine cōmendētur apud mortales: vt tunc tandē ad expectitos honores, & dignitates, publicosque magistratus perueniant. Atqui Spōsi verbū, cūm quēpiam excitat, vt festinanter surgat: in eam rem facit, vt ad Spōsum veniat quis inuitatur: quod & in veteri synagoga, cūm ab Ægypto vocatur, liceat conspiciere. Vocatur ab Sponso, surgit, festinat: ita tamen illius dirigebat gressus, vt neque pedem mouere ei licuisset, nisi ad Spōsum charissimū. Nā ad alios deos diuertere, ad antiqua peccata & prauas consuetudines declinare non patiebatur. Neque enim in duas partes claudicādū est, vt olim dixit Helias. Aut ad Spōsum dirigendus est cursus, aut ad interitum & mortem festinandum.

Matth. 22

Hūc pertinent verba illa: Qui non est mecum, contra me est, & qui nō colligit mecum dispergit. Qui ergo ad Sponsum non venit, illum fugit: qui ad Sponsum non properat, ad æternum interitum festinet necesse est. Hortatur Sponsi vox, & suavis loquella (vt vides) instruit, & erudit, sed & consolationis & sustentationis plurimum adfert. Quis enim non sentiat diuini verbi consolationem, in his verbis emicantē, & sese exercentem, [Columba mea, amica mea, formosa mea?] Nōne vides, omnibus his titulis, blādē & amicabiliter Sponsam inuitari: ita tamen vt plurimum consolationis habeant admixtum? Nonne vehementer cōsoletur Sponsam, q̄ in tantā cū Deo familiaritatem venerit, vt illam amicā appellet? Quid verò quod pro

pter amoris teneritudinem columbam appellat, & quoniam vna erat quæ oculis Sponsi probareretur (cuius venustas & pulchritudo Sponsi iudicio esset admirabilis) q̄ perfectam eam appellat? Sed vt voces istę Spōsi plenę sunt & pietatis, & consolationis: ita etiam & exortationis cuiusdam & admonitionis insignis. Nam cūm amicam appellat: latenter insinuat, vndē illhęc amicitia proficiscatur: nascitur enim à sollicita quadam obseruantia mandatorum Dei. Id satis significabat Sponsus, cūm antiquæ Sponsæ per Mo-  
Deut. 7i  
14, 26  
sem dicebat: Si feceritis quę ego præcipio vobis, eritis mihi populus peculiaris: hoc est, summa amicitia & familiaritate coniuncti. Sed Spōsus ipse Christus Iesus de eadem re: Vos (inquit) amici mei estis, si feceritis quę ego præcipio vobis. Nam qui velit in arctissimam amicitiam Spōsi venire, danda opera est, vt illius mandata sollicitē seruet. Quod verò columbam appellat, habet & admonitionem quandam, non minùs Sponsæ necessariam. Nam cūm columbam Sponsam appellabat, commendabat illi<sup>9</sup> in primis pudicitiam. His enim auiculis ignota sunt adulteria, fidem coniugij nusquam violant: nisi cælibes, aut viduæ nidos nunquam relinquunt: de quibus & suis in locis dicemus luculentius multò atque diffusius. Blanda igitur columbæ appellatio, Sponsæ commēdat pudicitiam, hortatur omnem fugiat notam adulterij: ne scilicet Sponso relicto, vel ad alios deos peregrinos, & ignotos, vel ad cultum scelerum, & flagitiorum declinet. Quod postremò appellat perfectam & formosam, propriæ venustatis, & elegantie illam cōmonest-

Ioan. 19

cit, vt cum seipsam agnouerit, probeque se tenuerit, agnita admirabili pulchritudine, seipsam sollicitè custodiat, ne forsitan propter illius officiantiam & socordiam, neque aliquis flagitij in ea deprehenderetur, aut labe inficeretur peccati. Illud verò minimè prætereundum censeo, Salomonem paucis verbis complexum effectus omnes vocationis diuinæ, diuinique verbi. Nam quòd turgat aliquis festinanter, quòd rapidissimo cursu ad Spòsum veniat, quòd amicus ab eodem Sponso appelletur, quòd columba sit, & pudicitiam seruet, quòd pulchritudine, & venustate incredibili præditus, hæc omnia diuinæ vocationi, & loquellæ Sponsi sunt tribuenda. Inuitat autem Sponsam ipsam, verni tēporis descriptione elegantissima, dicens, [Iā hyems transijt imber abiit & recessit, &c.] Et quidem quantū attinet ad gratiam & venustatem metaphoræ & allegoriæ desumptæ ab amore vulgari, & re rustica & pastorica, nihil potuit, vel aptius, vel commodius ab Sponso adduci, quā verni temporis descriptio, ad alliciendam Sponsam & inuitandam, vt rebus amatorijs vacaret. Nam nihil magis in nobis solet excitare amoris affectus, quā illa sanguinis commotio, quæ fit redeunte vere: quem admodum & eisdem amoris affectu videtur extinguere sanguinis & spirituum illa concretio, quæ fit rigente hyeme: vt ommitam<sup>o</sup>, quod hyems, & imber solent esse impedimento iter arripientibus, & prope rantibus præsertim, & festinantibus. Illud etiam habet gratiam venustatis quod Sponsū (quæ Salomō fecerat pastorē) inducit, tēpus vernū adeo curiosè describentem. Neq; alia tēporis parte, qui rem pecuariam tra-

stant, se fœliciores existimāt quàm tempore verno. Vnde & apud autores etiam prophanos legimus, pastores, redeunte vere, suos amores sollicitè decantare: & vt amicas alliciāt & inuitent ad res amatorias, solent etiam & vernum tempus describere. Nam & Corydon ille Virgilian<sup>o</sup> ad Alexim dicebat:

Virgil.

Nil nostri miserere, mori me denique cogis.

Nunc etiam pecudes, vmbas, & frigoracaptant.

Nunc virides etiam occultat spina lacertos.

Et Palemon apud eundem.

Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbor,

Nunc frondent syluæ, nunc formosissimus annus.

Hæc dicta sint à nobis, vt nulli sit obscurum, gratiam illam & venustatem dicendi tum & decorè, qui totus est in personis situs, admirabili sollicitudine à nostris autoribus obseruari. Nunc ad abstrusiores sensus. Multis modis voluit diuina maiestas nos erudire & instruere, vt sua beneficia quæ magna sunt, & eximia, iugi memoria recoleremus. Sed vt multis alijs rationibus nos erudiret, vna tamen, præcipua quæ docendi ratio, à condito orbe, fuit ipsa rerum creatio, atque molitio. Nam (vt Paulus testatur) venustate ista, & pulchritudine rerum visibilibus, Sponsus voluit hominem rudem, & imperitum, & ignauium in admirationem suæ pulchritudinis erigere, & excitare. Tota Scriptura sacra ista erudiendi rationem, & methodum perpetuò seruat, vt ad rerum conditarum contemplationem sepe nos mittat: nunc ad arbores infructuosas, nunc verò ad fœcundas & frugiferas, iam ad herbarum, & fructicum

Roma, i

con-

Matth. 6. considerationem, iam verò ad animantium varij generis naturam cõspiciendam impellit: nunc verò alites volucresq̃ue cœli in mediũ proponit. Et Christ⁹ R. N. vt ad summã de Patre cœlesti confidentiam excitaret mortales, & in summã spem erigeret, nunc ad coruos, nunc ad pallerculos, nũc verò ad flores, & ad lilia agri nos mittit. Cum ergo diuersis (vt diximus) rationibus rebus cõditis nos Scriptura sacra erudiat, tũ verò læpissime temporum vicissitudine, & constanti quadam permutatione: nũc hyemem considerare iubet, nunc vernum tempus, nũc verò æstium. Nam mutatione ista temporum adeò certa, firma, ordinata, quamuis certis quibusdam spatijs volubili, voluit diuinus Spiritus nos admonere, & cõmonefacere, omnia interire, deficere, extingui, & ad iterum suum & finem properare. Nam hyemis tempus, quod mœstitiam quandam & solitudinem secum adfert, & impedimẽta quamplurima liberioris vitę, nunc propter imbres frequenter ruentes, nũc propter niuium multitudinẽ, tum propter rigidissimũ gelu, id (inquã) tempus non perpetuò durat. Nam quis posset ferre æquo animo illi⁹ temporis iniurias? Hyemi proinde vernum tempus succedit, quo animus ipse miro modo incipit relaxari, & depelli mœstitia omnis, & solitudo, quę rigore hyemis contrahi solent. Arbusta omnia, herbę, volucres, frigore rigente, mortua etiam quodammodo videntur, frondibus, floribus, fructibusq̃ expoliata. Sed et huic mortis imagini vita succedit, non durat perpetuò mors illa: nam accedente verno tempore, erumpunt in folia, frondes, & fructus. Aues præterea, maximẽ quę cantu &

voce nostras solent aures oblectare, & demulcere, cum frigus vrget, mutę sunt, & quasi loquellam & vocem amittunt: sed & illarum silentium finem accipit, & verno tempore apparente, silentium profundum sequuntur carmina, & cantus dulcissimi, & voeis flexus, & reflexus: nunc illam intendunt, nunc verò remittunt: imò plerũquẽ illarũ rigente frigore plumas amittunt, vt turtur, (quemadmodũ refert Plini⁹

Plinius

Lucz. 2

H 5 riget

riget, flores, frondes, totaque pōpa, & apparatus arborū? ubi fructus ficulneæ, ubi cantus turturis, & plumæ vestitus? Iacent omnia, & tanquam mortua sint, non videntur à nobis: abscondita tamen est omnium illarum rerum vita, latetque in abdito, excitanda suo tempore, verno scilicet. Vetus Synagoga, cum in Aegypto diuersaretur, quasi vrgentissimo frigore, imbribus, cœlique gelu, aliisque huiusmodi, infestabatur. Erat arbor, sed illius frondes, flores, fructus latebāt: omni decore & venustate (tāquam solent arbores hyemis tempore) expoliata erat. Vox cantici, & lætitiæ inter Hebræos nō audiebatur: quemadmodum turtur, quamvis alioquin loquacior sit, suaviterque & præclare canat suo tempore, & non solum ore, verum etiam & alijs corporis partibus vocem edat (vt Menander inquit ea comedia, quæ inscribitur, Plotinus. Eandem rem affirmat Demetrius in Drammatico opere, quod Siciliā inscripsit) nullatenus tamen in hyeme auditur. Turturem referebat frigoris tempore: que vocē amittit simul & plumam. Nam vestitum omnem illi detraxerat cæcus impiorum. Ficus erat: sed fructus non enitebatur. Latebāt enim hæc omnia, & in abscondito erant reclusa: explicanda tamen & declaranda suis temporibus. Quid tamen? Nunquid tristis illa hyems, imbres, reliquaque misilia cœli, quæ Sponsam infestabant in Aegypto, finem nusquam accipient aut modum? Ita sanè. Nam hyemi succedit ver: frigori succedit calor: nuditatem & horrorem arborum, sequuntur fructus, flores, & frondes: profundum silentium, nimia tristitia vocem præcludente, sequitur canticum lætitiæ. Nulla cala-

mitas, nullus labor piorum hominū possit esse perpetu⁹. Bene proinde Spōsus, [Hyems trāsijt, imber abijt, & recessit.] Extincta est omnis miseria, labor omnis, defatigatio, mors extincta sunt. Sequuntur flores, cantica, fructus: denique hyemem sequitur ver, & postremam miseriam, supremam quædam lætitia. Si quæras, ubi latet vita ista scelicior, quæ, vt vernū tempus, rigidum frigus, ita etiam illorum calamitates & miseriae sequitur: An nescis Paulū apostolorum dixisse aliquandò: Vita vestra abscondita est cum Christo in Deo? & Deum, diuitias, & opes sanctorum ostentaturum superuenientibus sæculis? Attende igitur vbinā vita arborum, ubi vestitus turturis, ubi canticum illius, ubi fructus ficulneæ sint, & latebant hyemis tempore. Hæc omnia sanè latent, & in suis causis & in suis radicibus. Ad eundem ergo modum sanctorum vita, flores, fructus, carmina læta, & festiua, cultior vestitus, hæc omnia (inquit Paul.) dū adhuc Sponsa versatur in Aegypto, in suis causis latent, & in suis radicibus abscondita sunt: omnia in Sponso latent, indiuidua prouidentia, latent cum Christo in Deo. Nam vt Christi felicitas, vt maiestas, vt amplitudo nondum est mortalibus conspicua, sed suo tempore reuelabitur, nunc autem iacet diuinæ prouidentiae profundo recessu: ita etiam & Sponsæ amplitudo, felicitas, & gaudium, interim quod in Aegypto versatur, reclusa sunt cum Sponso in Deo. Veniet, veniet vernum tempus, cum hyems huius sæculi infestissima finem acciperit: cū imbres, reliquaque cœli misilia discesserint: tunc flores apparebunt, viror, & venustas, totusque apparatus earum arborum, quæ in Aegypto

Col. 3.

Eph. 3.



AEgypto steriles videbantur: profundum sanctorum silentium in ver-  
 sus & carmina soluetur profusioris psa, 123. lætitiæ: tunc turturis vox, hyemis  
 tempore præclusa & extincta, canta-  
 bit, dicens: Nisi quia Dominus erat in  
 nobis (dicat nunc Israel) nisi quia  
 Dominus erat in nobis, cum exurge-  
 rent homines in nos, forte viuos de-  
 glutissent nos: & reliqua illius can-  
 tici. Tum maximè cum tempus ad-  
 uenerit putationis, & impij tanquã  
 steriles palmites refecabuntur, æter-  
 nis ignibus commitendi (vt olim in  
 AEgypto omnium primogenita ex-  
 tincta fuere, & amputata) tunc dul-  
 cis & admirabilis illa ficus (quæ mû-  
 di iudicio sterilis videbatur, & in-  
 frugifera) erumpet in fructus exi-  
 mios, dulces, Sponsoque gratissi-  
 mos. Nemo exiltimet, Deum Opti-  
 Max. cum Synagogam olim exi-  
 meret à misera seruitute, temerè,  
 & incòsultè. decima quarta die mè-  
 sis Martij, id iussisse cum omnia in-  
 cipiunt iam quodammodo reuiuiscere:  
 nã consilio id factum arbitror, vt vel  
 ipsa temporis ratio perpetuò illos  
 admoneret suscepti beneficij. Nam  
 quemadmodum res omnes condite,  
 vsque ad id tempus æquinoctij, ex-  
 tinctæ quodammodo iacent: ita &  
 populus ille, vsque ad quartam deci-  
 mam diem eius mensis miserè affli-  
 ctabatur in AEgypto. Et quemad-  
 modum eo tempore, decima quarta  
 die mensis Martij, omnia incipiunt  
 lætitia quadam perfundi, & quodam-  
 modo vita donari: ita etiam & popu-  
 lus ille, Dei Sponsa, eadem die in  
 vitam, salutem, & libertatem ab  
 Sponso vindicatur. Vnde & tam  
 crebrò huius mensis memoriam re-  
 fricabat Deus, atque illius precepto,  
 mensis Martij initium dedit mèsi-  
 bus anni. Mensis iste principium erit

vobis in mentibus. Et: Hodie egre-  
 diemini, mense nouarum frugum.  
 Et: Tempore mensis nouarum, quã-  
 do egressus es de AEgypto. Vt alia  
 loca multa omittamus. Eodem (vt  
 arbitror) consilio eodem etiam tem-  
 pore, Christus R. N. nos à Diaboli  
 potestate, tyrannide, & morte libe-  
 rauit: quando scilicet tota creatura  
 potest nos admonere suscepti ab eo  
 beneficij: quando scilicet renascun-  
 tur omnia, totusque orbis restatur,  
 & floribus, & herbis, & auicularum  
 cantu, & ampliori siderum luce, re-  
 stitutam nobis gratiam, libertatem  
 & vitam.

*Surge amica mea, speciosa mea, &  
 veni: Columba mea in foraminibus  
 petrae, in caeuerna maceriae. Ostende  
 mihi faciem tuam, sonet vox tua in  
 auribus meis.*

Iterum Sponsam inuitat: tum vt  
 eadem verba repetens, serio id vi-  
 deatur fecisse: tum etiam, vt ingen-  
 tes amoris affectus erga Sponsam,  
 quam vincè diligebat, ostenderet.  
 Pertinet (vt mihi videtur) verba ista  
 secundo repetita, ad vocationem il-  
 lam, de qua Deus frequenter, cum  
 Mosi loqueretur de egressu ab AE-  
 gypto, mentionem faciebat. Nam  
 cum Deus incipit Sponsam vocare,  
 non tantum semel excitat, & impel-  
 lit: sed crebrò monet, hortatur, inge-  
 rit stimulos. Nam quæ in veteri Sy-  
 nagoga tanquam in Typo contigè-  
 re, hæc eadem in Ecclesia Christi, &  
 singulis etiam nostrum animis, quo-  
 tidie accidere credendum est. Inquit  
 igitur: [Surge amica mea speciosa  
 mea, & veni.] Quæ verba diffusè sa-  
 tis superiori carmine sunt à nobis  
 pertractata. Quæ sequuntur, pluri-  
 mum

exo 12.  
 re, 13. et  
 23.

mum videntur & obscuritatis & difficultatis continere. Nam quid habent coherentiæ hæc verba inter se [Columba mea in foraminibus petrae, in incauerna maceria?] Colubam quidem superius Sponsam appellabat: de foramine autē saxi, de cauerna maceriae nullam intulerat mentionem. Non possum nō de mirari, quantam in verbis proprietatem noster Epithalamiographus feruet: nullum prorsus verbum illi excidit, quod ab ipsa rerum natura non ducatur. Varro, columbam dictam existimat, à culminibus, quod culmina, summaque petat loca. Nā quoniam natura pauida est, altè nidulatur. Tūm si in solitudinibus generationi det operam, rupes quaerit: & saxa, & abditissima loca, non solum altissima, captat. Cū ergo Salomon columbae naturam, & ingenium probè teneret, columbam, appellat Sponsam, in foraminibus petrae, in cauerna maceriae. Quæ quorsum spectent, facile erit cuique intueri, si aduertat quid referat Scriptura diuina Exod. 33. quo loco Moses vir Deo familiaris, & charus instantè petebat, liceret sibi videre Dei gloriam. Fac videre (inquit) mihi gloriam tuam. Accepit oraculum quod in hunc modum haberet. Ego ostendā omne bonum tibi, & vocabo in nomine Domini coram te. Et subiicit: Est locus apud me, & stabis supra petram. Cūque transibit gloria mea, ponam te in foramine petrae, & protegam dextera mea donec trāseam: tollamque manu mea, & videbis posteriora mea, faciem autem meam videre non poteris. Et ut omittamus arcana illa de vehementiori cupiditate videndi gloriā Dei, quæ animum Moisi incesserat (neque enim ad eò ad rem pertinere vi-

Varro.  
de prof  
prietate  
latini ser  
moni: lib.  
3.

Exod. 33.

dentur) ea tantum ex toto oraculo sunt delibanda, quæ propositum à nobis carmen explicare possunt. Illud itaque primum obseruandum est: Deum Opt. Max. eo loco, nomine petrae aut saxi, nomine etiam cauernæ, diligentem custodiam, ac tutissimum locum significare voluisse. Deinde verò, Moses non tantum referebat singularem illam personam, verum etiam, & totam Synagogam, & antiquam illam Sponsam, & Ecclesiam, cuius amores cū Sponso Deo, Salomon præsentī Epithalamio celebrat. Ut igitur Sponsus eo loco significaret Mosē, imo totam Synagogam, & Ecclesiam fore tutissimam, primò super petram illū constituit: ut intelligas, Mosē constitutum à Deo, non in loco lubrico, vbi facile potuisset labi. Secundo, quò tutiorē, & certiorē eandē esse custodiam significaret, in foramine petrae illum constituit. Neque hoc secundo gradu Sponsus contentus, addidit etiam & tertiam: Et protegam (inquit) te manu mea: vel, apponam manum meam, siue voluā, ut habet textus Hebræus. Nam manum in concam contractam, eis rebus inducimus, quas intactas custodire volumus. Crescens itaque oratio per tres gradus, exactam curam tutelamque futuram de veteri illa Synagoga & præsentī Ecclesia significabat, interim quò expectabatur qui, quod humanis oculis de Deo videri poterat, Synagoge ostenderet, Christus scilicet Iesus. Salomon igitur prudenti satis consilio, cū Sponsus Sponsam quam vnice amabat, tutissimam fore significare voluit, eadem ipsa verba repetebat, quæ olim audiuit Moses de petra, & de foramine petrae. Quæ autem sequuntur de cauerna maceriae, quoniam textus

tus

ῥ<sup>o</sup> Hebre<sup>o</sup> habet **בְּסֵתֶר מַפְדְּלֵי קַרְנָיִם**  
 quidam sic vertunt: [In recessibus  
 scalarum.] Id quod (meo iudicio)  
 ad eandem rem pertinere videtur,  
 ad exactam scilicet tutelam & cu-  
 stodiam charissimæ Sponsæ, Dixi-  
 mus iam, Salomonem omnia penè  
 arcana, saltem præcipua totius di-  
 uinæ philosophiæ hoc Epithalamio  
 fuisse complexum: ob eamque rem,  
 nunc ex libro Genesis, & ex his que  
 accidere sanctissimis Patriarchis,  
 nunc ex libro Numerorum Exodi,  
 Leuitici, & reliquis præcipua my-  
 steria magisque recondita assumit  
 decantanda. Diciturus ergò de cura  
 & sollicitudine, qua Deus Opt. Max.  
 charissimam Sponsam inter tot ten-  
 tationum, & calamitatum fluctus  
 tuetur, nihil vel aptius, vel commo-  
 dius poterat adduci, quam locus il-  
 le qui habetur lib. Genesis. Iacob cū  
 prohiberetur ducere uxorem è Cha-  
 nanæis, interim autem necessitas in-  
 cidisset vt fugeret iram fratris pro-  
 pter præreptam benedictionem: si  
 domi Elau pertimescebat, multò  
 magis credendum est ipso itinere  
 eum reformidasse, nè forsàn alicu-  
 bi ex insidijs eū frater adoriretur:  
 erat enim sibi non tam libera profec-  
 tio, quàm sollicita fuga. Curis ergò  
 circumaento sanctissimo viro Deus  
 apparuit, & oraculo scelicissimo la-  
 bantem animum crexit, & eximie  
 consolatus est. Nam & terram in  
 qua dormiret sibi daturum pollice  
 batur Deus, addens quod attinebat  
 ad præsentem tutelam: & Ecce sum  
 tecum, & custodiam te in omnibus  
 ad quæ pergis. Cùm ergò graui so-  
 mno, imò fatidico potius consopit<sup>o</sup>  
 iaceret: scalam vidit erectam, que ter-  
 ræ innitebatur, supremaque parte  
 cœli tangeret fornicem, & Angeli  
 Dei ascendebant, & descendebant

per eam. Quæ omnia sollicitam cu-  
 ram & securam tutelam sanctissimi  
 viri significabant. Nam quòd Domi-  
 nus iuxta scalam stabat, vel (vt alij  
 volunt) scalæ inixus: sanctissimo vi-  
 ro voluit insinuare, Deum se habere  
 protectorem, & custodem sui itin-  
 eris, cuius legatione Angeli fungebā-  
 tur in ministerium eius rei, de qua  
 diximus: Ecce tecum sum, vt custo-  
 diam te in omnibus ad quæ pergis,  
 & redire faciam ad terram hæc, quia  
 non derelinquam te, donec faciam  
 quod loquutus sum. Vtebatur autè  
 his Angelorum præsidio: & in scala  
 ista, & reuertens à Mesopotamia:  
 vtrinque ex argumento quod res  
 postulabat. Nam profecturo offerū-  
 tur per scalam subiectam ambula-  
 tion: illic in speciem castrorū quasi  
 pugnaturò. Salomon proinde, cùm  
 Sponsam appellat columbam in fo-  
 raminiibus petrae, & in recessibus  
 scalarum, vtrunque locum (vt arbi-  
 tror) à nobis adductum declarare  
 voluit. Sponsam igitur appellat co-  
 lumbam, sed in loco tutissimo nidu-  
 lantem. Nam vbi adest simplicitas  
 coniuncta innocentia, quò magis  
 simplicitas ipsa inops est consilij cō-  
 tra mundi factionem, hòc propen-  
 sius habet Deum sui curatorem  
 & tutorem. Hoc enim perpetuò di-  
 uinæ literæ inculcant, summam il-  
 li curam esse pupillorum, viduarū,  
 orphanorum, & eorū deniq; qui  
 quoniam omni humano præsidio,  
 sunt destituti, quæsi aduenæ & pe-  
 regrini in aliena terra versantur. At-  
 tende itaque, quòd & sanctus Iacob  
 cum olim matris consilio suscepisset  
 peregrinationem, & vetus illa  
 Synagoga cùm in deserto versaretur,  
 alienasque & peregrinas pete-  
 ret regiones, ab omnibus leuamen-  
 tis abstracti, nullam ex loco aliquo  
 pote-

Genesi 7

poterant habere consolationem : sed ambo in supernum auxiliū quodammodo proiecti, à diuino consilio, præsidio, & opè prorsus pendebant. Deus igitur summa cura & sollicitudine, & olim sanctum Iacob, & veterem illam Sponsam, in amplissimam gloriam crescere fecit: Iacob, in terra Mesopotamiæ: Mo-  
 sem siue Synagogam in terra Chanaan. Sponsæ igitur siue columbæ  
 gen. 30. timendum non esse, Salomon significare voluit (vt arbitror) nā tametsi sint accipitres in terra, aliæq; volucres rapacissimæ: sint tyranni, perdiri, & profligati homines, qui illā infectentur, multisq; afficiant in commodis: securè tamen agere potest, confidenter, & intrepidè. Nam in foramine petræ cum Mose constituta est, & in recessibus scalarum (quas vidit sanctus Iacob) certissima sibi salus promittitur. Quomodo igitur columba ista timere possit, quādò tam exacta tutela custoditur à Deo: qui (quod impossibile videbatur) & cū sancto Iacob promissiones suas impleuit, & inter peregrinos, & ignotos, & hostes dirisimū fecit: & veterē etiam Synagogam sua cura, & prouidentia in terram promissionis repugnantibus impijs induxit? Ne igitur timeat simplicitas sancta: sed confidat, & omni timore depulso verbo Dei credat, quo illi pollicetur, se esse columbam in foraminibus petræ, & in cauerna maceræ. Sed & illud poterit Sponsa post aduentum Christi redemptoris multò magis consolari, quòd petra illa, super quam Moses constituitur, Christus est, aut fides in Christum: quemadmodum Paulus, 1. Corinth. 10. restatur: Petra autem erat Christus. Et iterum Christus Iesus apud  
 Math. 16. Matth. Super hanc petram ædifica-

bo Ecclesiam meam. Se igitur credat tutissimam columba, supra petram istam cum Mose constituta: imò & in foraminibus petræ, hoc est, ipsis Christi vulneribus, qui tot modis in cruce fuit perforatus. De qua re Zacharias nobile ædedit oraculū. Ad hanc rem pertinent verba illa Christi: Confidite, ego vici mundū. Et iterum: Nolite timere pusillus grex. Difficillimū sanè videtur, columbam, Simplex animal & innocuum, tot pericula posse euadere: sed hæc vera fides est, non attendere ea quæ videntur, tametsi aduersa videantur promissioni, sed solam promittentis potentiam.

Zach. 3

Ioan. 16

Luc. 11

*Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, & facies tua decora.*

**F**aciem sibi ostendat, & vocem edat petit Sponsus. Nam hi duo sensus potissimū (autore Platone) amoribus videntur inferuire, & rationem pulchritudinis excipere, visus scilicet & auditus. Quorum alter pulchritudinem corpoream, alter verò venustatem vocis, & modulationem sentit. Nā reliqui omnes sensus ab amatorijs rebus, tanquam inepti, sunt relegandi: nisi velimus in ferinam illam rabiem & pecudis naturam degenerare. Quoniam igitur de rebus amatorijs agitur hoc carmine, præclare Salomon omnium Philosophorum præstantissimus, de facie, in qua potissimū pulchritudo corporea elucet, & de voce, in tulit mentionem. Hæc enim duo veri amatores expetere debent: oculis excipere corporis pulchritudinem, auribus haurire gratissimas voces. Nā sunt reliqui sensus, quos

natu-

natura ab ipsa ratione, aut rationis arce magis relegavit, ab hoc negotio reiiciendi. Vox autem ista Sponsæ, quam Sponsus cupit audire, & facies, quam tantopere videre expetit, nihil aliud mihi esse videtur, quàm & sanctorum opera externa, & orationes crebræ, & gemitus, & suspiria propter admilla peccata, tū gratiarū actiones & supplicationes. Nam & operibus externis testatur sancti, integram se fidem habere, & orationibus, & obsecrationibus, Spō si magnitudinem agnoscunt, & propriam fatentur imbecillitatem. Facies igitur illa bonorum operum Sponso videtur venustissima, vox etiam dulcissima. Hæc autem referendo ad veterem Synagogam, vocatur ab Sponso ad typica sacrificia legis, & ad reliqua illius religionis opera: tum ad hymnos decantandos, & orationes fundendas.

*Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas: nam vinea nostra floruit.*

**V**erba sunt Sponsi, qui, ut Sponsa quiete agat, adolescentibus, qui eum comitantur, id muneris, idque negotij committit, ut vulpes paruulas apprehendant, quæ vineas florentes demoliuntur. Nā magnopere curat Sponsus, ne quidpiam sit quod charissimam Sponsam possit a summa mentis quietudine perturbare, aut inter Sponsum & Spōsam aliquod seminare disidium. Ego apud probos autores, quod meminerim, nusquam legi vulpeculas vineis esse infestas: tantum inuenio apud Columelam genus quoddam animantis, quod volucra appellatur, prærodere teneros adhuc

pampinos, & vuas. Sed multa (ut arbitror) Salomon hoc Epithalamio, imò & cæteri sacri Scriptores suis lucubrationibus literis consignarunt, de natura & ingenio quorundam animantium, quæ, quoniã ad regionem illam potissimum pertinerent, à nobis ignorantur. Nam immutari aliquando animantium mores & ingenia pro varietate regionum, multorum est literis proditum. Totam autem illam regionem Palestinæ vulpibus abundasse, testantur loca aliquot Scripturæ sacræ, præsertim factū Samsonis, quando in ultionem Philistinorum trecentas vulpes comprehensas binas cauda ad caudam coniungit, fascibusque accensis in medio ligatis, totas Philistinorum messes vulpium discursu absumpsit. Nisi enim in illis locis magna fuisset vulpium copia, non ita facile tantum numerū ille potuisset colligere. Verno autē tempore, id est, cum vineæ erumpunt in flores, quod tempus sit generationi & partui animantium aptum & accommodum, vulpes, quemadmodum & cætera animalia numerosè crescunt: obeamque rein in Palestina, & circumiacentibus regionibus crediderim op<sup>o</sup> fuisse summa vigilantia, ne vulpes paruulæ, quarum erat infinita copia, vineas demolirentur. Sunt igitur hæc animo altius imprimenda, ut in arcana abstrusiora facile possimus penetrare. Si quæras qua igitur ratione vulpeculæ tot nocumenta vineis florentibus potuissent inferre? ego sanè crediderim, intimis cauernis, quibus maxime delectantur, quæ multos haberent exitus procul inter se distantes, ne circum exitum vnum positus venatorum insidijs comprehendantur. Obseruatum hoc ab  
his

his est qui rerum naturam investigarunt. His ergo subterraneis foueis radices vitium poterant & denu- dare & dissipare. Nunquam ergo siue in veteri lege, & cum floreret vetus Synagoga, siue in noua lege, Christi religione florente, defuerunt vulpeculæ huiusmodi, quæ florentes vineas, hoc est, omnem religionem, & pietatem, & iustitiam labefactare curauerint. Nam in veteris Synagoga surrexerunt aliquando vulpeculæ quædam, quæ subterraneis foueis artificiosè confectis in multos exitus disparentibus, florentem vineam, de qua sponsus loquitur præ- senti carmine, demoliri parabât. Nō ne Dathan & Abyron, cum seditiones concitabant, facta conspiratione aduersus Mosem, imò aduersus Dei verbum, vulpeculæ erant, quæ vineam florentem demoliebantur? Sed vide qua ratione tanquam vulpeculæ ex cavernis artificiosè factis, non viribus & audacia, vt solent reliqua animantia, & sed ingenio & arte vineam Dñi deuastabant. Primò inquirunt. Cur efferimini, ò Moyses & Aarō super populum Domini? Nonne in hoc cætu vniuersi sancti sunt, & Dominus est in medio eorum? Attendè obsecro Christiane lector, vulpinos mores latenter & obscurè se insinuantes, vt si vulpes istas ad hunc exitum deprehendere cupias, alios habeant exitus disparantes. Tyrannidem affectabant vulpes istæ, & gubernationes illius populi, & imperij pondus, & gloriam, & honorem ad se reuocare. Et tamen quasi ex cavernis & lateribus, vt mos vulpium est, imparatos hominum animos adoriuntur. Vt autem simulatione quadam probitatis, & simplicitatis cuiusdam & pietatis & religionis insidiosè vineam florentem demolirentur, ver-

bo Dei ipso statim exordio vtitur, vt videatur illius zelo & ardore per motos, hoc facinus aggredi. Nā quoniā in Exodo Deus populum illum <sup>Exod. 19.</sup> sanctum appellabat, inquirunt vulpeculæ istæ: Nonne cætus noster totus sanctus est, Dominusque habitat in illis, quemadmodum in vobis? Cur igitur efferimi super populum Dei? Dei verbo vtuntur vulpeculæ, vtuntur hæretici, vtuntur hypocritæ, impij, & flagitiosi homines, sed ad demolendam vineam florentem, florentemque religionem, ad pietatem & iustitiam labefactandam cum Dathan, & Abyron. Et ne facile deprehendatur eorum hypocrisis, verbo Dei, quasi è cavernis quibusdā egrediuntur: eisdemque cavernis, hoc est, eodem Dei verbo vinearum radices, & denudant, & dissipant. Sed & illud proprium est hypocritarū, quòd verbo Dei ad demulcendas hominū aures, & ad assentandū populo vtuntur: vt postquā adulatione & assentatione populo Dei imposuerint, tū quasi ex insidijs simplices animos adorianatur, & summa libertate tyrannidem possint in populo exercere: quemadmodum vulpes, vt reliquos animantes capiat & deuoret, sæpè illis solet assentari, & adulari quodammodo. Vide igitur quòd tendat vulpium simulatio & hypocrisis, & verbi diuini tractatio, & adulatio erga populum Dei. An parum est (inquirunt impij illi) quòd nos fecisti ascendere de terra quæ fluit lacte & melle, nempe ex Ægypto? Nā semel amisso pudore impij, scelerati, hæretici, hypocritæ, Ægyptum etiam terram promissionis appellant, hoc est, perditam vitam, perditos mores, & studia, summam pietatem & religionem. Deinde, quoniam omnes ingenij neruos in hoc

in ten-

intendunt, vt tyrannidem in populum possint exercere, & publicam libertatem labefactare, inquit: imperium & tyrannidem in nos assumis. Hæ sunt Germanorum voces, aliorumque hæreticorum aduersus pontifices, aduersus reges principes & proceres totius Ecclesiæ. Vt in plurimum autem initio suorū studiorū, sueque impietatis, libertate, aut libertatis titulo, quæ vulgò gratissima est, in aliorum animos se solent in sinuare, ad eò vt confessioni, reliquisque sacramentis, doctoribus, Episcopis, summam auctoritatem detrahant. Sed tandem vulpes istæ ad verba Moyfi, qui inter iuuenes Sponsam comitantes eximius habendus est, lucem hanc tenebris infelicitissimis commutauerūt. Cū perfecisset Moses (inquit textus Num. 16) omnia verba ista, terra sub illis dehiscens, aperto ore, eos omnes, domos eorum, totamque suppellestem deglutijt temporis momento, ita vt, teste Scriptura, vni ad inferos fuerint detrusi. Quid verò cū Moabitæ & Madianitæ pulcherrimas puellas ex nobili iuuentute selectas populo Dei intermiscuerunt, vt illorum animos allicerent ad impias & nefarias religiones, & ad alienorum deorum cultum, auocarentque à vera pietate, & religione? nonne vulpeculæ fuerunt, quæ vineam florentem conabantur demoliri? Atqui propter nefarios congressus cum impudicis foeminis, tūc & propter cultū Balaam populus Domini punitur. Vulpeculæ autem illæ non aperto Marte, non vi & armis populum dei poterant expugnare (quod maxime cupiebant) obeamque causam vulpinos mores imitati, laten-

ter, & per cuniculos, & quasi intra cauernas incluse huius vineæ radices extirparunt: sed tādē omnes imperio Dei trucidantur, & paruulæ vulpeculæ capiuntur. Et vt intelligas, illos vulpes fuisse, attende quid dixerit Dominus ad Mosē. Hostiliter impetite Madianitas, & trucidate eos. Nam & illi hostiliter egerūt vobiscum insidijs suis, quas insidiosè tetenderunt vobis in negotio Phogor. Nunquā in Ecclesia Dei, nunquā in hac vinea florente deerunt Dathanes, & Abyrones, Madianitæ, qui magno studio, prætextu societates & amicitiae vt Madianitæ, & titulo pietatis, religionis, publicæ libertatis vineam florentem demoliri conētur: sed capientur tandem, & morte miserima afficientur, quæ admodū pollicetur Dei verbū, & Salomon iubet præsentī carmine, dicens. [Capite nobis vulpes paruulas.] Sunt autem capiendæ vulpeculæ cū adhuc paruulæ sunt. Nam initio hæresibus, tyrannidi, hypocrisi, Madianitis, & Moabitis, & coniuratis omnibus occurrendum est, & remedium tempestiuè adhibendum: nè forsan parua scintilla erumpat in vastissimas flammās, quæ nulla humana industria restingui possint: iuxta poeticum illud. Principijs obsta: sero medicina paratur, Cū mala per longas conualuere moras. Ob eam enim rem Paulus <sup>1. Tim. 3</sup> acerrimus vulpium insectator, omnibus ferè Epistolis, in hoc semper negotio est, vt vulpes insectetur, & illas capiat: ad eò, vt non temperet à verbis amarissimis, & increpationibus, imò & conuicijs aliquan-

do vulpes istas, hypocritas & hæreticos appellans, seductores, vaniloquos, canes, operarios, subdolos & ministros Sathanæ. Eorum autem errores & mores vulpinos detegit, nunc autoritate Scripturarum, nunc autoritate spiritus, & publicæ Ecclesiæ traditione, ubi nulla est aperta Scripturarum definitio. Graui aliquando percutit anathemate, quemadmodum Alexandrum, & Hymeneum, quos à fide recta aberrantes tradidit Sathanæ, vt discant non blasphemare. Ad Galat. 1. generalem aduersus vulpeculas istas pronuntiat sententiam. Si quis vobis (inquit) aliud euangelizauerit, præter id quod didicistis, anathema sit. Et gladio materiali capi possunt vt habes apud eundem Paulum ad Romanos. 13.

*Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pasceatur inter lilia.*

**S**enserat sponsa magnam fuisse charissimi Sponsi erga se beneuolentiam, summam providentiam: nam cum molliter dormiret, filias Ierusalem grauisima adiuratione perterrefaciebat, ne illam excitarent, tum & illam primo & secundo inuitauerat blandioribus titulis, vt: ebus amatorijs incumbere: postremo, ne vlla cura, aut sollicitudine distraheretur, iusserat paruulas vulpes comprehendere. Hæc cum sponsa cum animo reputaret suo, ardentissimo amore impulsa, nesciens quid pro tantis beneficijs charissimo sponso responderet, inquit: [Sponsus meus mihi, & ego illi.] Verba sunt paucissima, sed quæ sanè ardeant affecti

b<sup>o</sup>, nullâ videtur habere sententiâ. Nâ quis intelligat, aut possit colligere ex verbis istis sententiam sponse, [Dilectus meus mihi, & ego illi?] Quid dilectus tuus tibi? Quid tu illi? Sic solent veri amatores loqui frequenter cum verba non suppetunt, neque humana lingua explicare potest internos animi affectus & cogitatus. Is loquendi tropus & figura Apophorese appellatur Græcè, Latine verò reticentia. Quæ quidem quamuis à reticendo dicatur, quod multa premuntur silentio: sed bene intelligentibus multo maiora explicat figura ista, quam si innumeris verbis se prosequeremur. Ea figura vtitur regius vates David, cum inquit. Anima mea turbata est valde, & tu domine vsquequo? Quasi dicat. Anima mea mœsta est vsque ad mortem: & tu Domine vsquequo? Quæ figura nobis aditum aperuit ad excogitandum quæcûq; mœstum animû & afflictum possunt excrutiare. Tu Domine vsquequo fines me, scilicet, cum morbo tam difficili, & sæuo conflictari? Quousque opem tuam sic dinexato & conturbato & planè fracto differs? Quousque tandem tuæ humanitatis, beneuolentiæ, pietatis oblitus, tam graue & atrox exemplum tuæ iustitiæ in mea flagitia profers? Non secus sponsa præsentis carmine eadem figura, eodem dicendi tropo, multo ardentiores affectus figurata loquutione exprimit, quam si longa oratione rem prosequeretur. Nam cum inquit, [Dilectus meus mihi,] latissimam aperuit fenestram ad excogitandum quæ beneficia, quam ampla, quam eximia sponsus in eam contulerit. Ad explicandam (inquit sponsa) & ad

ape-



aperiendam tantam rerum molem deest oratio, verba non suppetunt. Nā si dixerō, sponsus meus mihi consulit, nihil dixi pro magnitudine rei: si iterum, sponsus meus mihi operatur, meis rebus studet, fauet, mihi indulget, vincitur semper, & obruitur oratio ipsa rerum magnitudine, & maiestate. Ob eamque rem nihil aliud dicere possum, quam [Dilectus meus mihi.] Excogitet humanus animus, his verbis auditis, omnes beneficiorum cumulos, donorum, & gratiarum aceruos ingentes, excogitet etiam, si libet, omnem humanitatem, benevolentiam, dilectionis, & amoris ideas quasdam, more Platoniorum: nondum assequitur, postquam hæc omnia excogitauerit, rei amplitudinem, & dignitatem. Itaque nihil aliud dicere possum, quam [Dilectus meus mihi.] Sed & pro tanto tamque singulari beneficio, quod aut ore sponso sit multo pretiosius, quid ego possim respondere? Nunquid sanctos cogitatus, puræ mentis recessus? Nunquid orationes crebras atque frequentes, ieiunia, vigilias, pietatis opera, reliquaque id genus alia? Sed & omnia ista nunquam magnitudinē beneficii pensabunt, neque tantam rerum amplitudinem & felicitatem adæquare poterūt. Quid igitur faciam? Vna (vt mihi videtur) ratio erit, respondendi huic beneficio tam singulari. Dixi de charissimo sponso, [sponsus meus mihi] propter summam illius in me benevolentiam & charitatem: vt igitur ille mihi, & ego illi. Vt mihi fauet, indulget, suas curas, cogitationes, & denique se totum mihi dedit: & ego identidem illi, hoc est, recessus mentis, cogitatus, amorem, & dilectionem, & externa opera usque ad facultates ipsas corporeas, ita

vt nihil aut mihi ipsi aut alijs relinquā. Satis scio gratum istum animū & gratam memoriam non posse de paritate certare cum accepto beneficio. Sed tamen, quamuis exigua sunt & tenuia quæ sponso rependimus: ille, quæ sua bonitas est, quæ magnificentia, boni consulit. [Dilectus igitur meus mihi, & ego illi.] Nam & vulgaris amor non solum diuinus solo amore, solaque dilectione rei amatæ debeat esse contentus. Et amor cum diuinus, tum etiam humanus solo amore possit expleri. Nam inter reliquos humanos affectus, amor omnibus est liberior. Nam ceteræ animi affectiones, artes, operationes, præmium aliquod à se diuersum vt in plurimum videntur expectare: amor verò seipso tanquam sui ipsius præmio contentus est. Neque enim aliud est, aut possit esse præter amorem, amore dignum. Ob eamque rem, quoniam hic de amore diuino agitur, sciebatque sponsa ab sponso se vehemèter amari, & præmiū amoris sciebat amorem esse: sapientes satis dixit: [Dilectus meus mihi, & ego illi.] Vbi præcipue de amoris vicissitudine agitur, qui secum rapit alios affectus. Ob eamque rem cum sponsa dixit, [Et ego illi] si de amore mutuo, aut vicissitudine amoris locum interpretaris: nihil pretermisit sponsa dicendum: ego illi amorem respondeo: at verò qui amorem impedit, & dilectionem, seipsum dat totum, nihil sibi ipsi relinquit. [Sponsus ergo meus mihi, & ego illi. Qui pascitur inter lilia.] Diximus iam, scripturam sacram, vt nomine liliorum & florum pios homines sanctasque animas, ita etiam & nomine spinarum improbos, & omni sceleris contaminatos & coopertos significare. Bene proinde sponsa non

discedendo à vetustate metaphoraē pastoricaē [qui pascitur inter lilia.] Quasi dicas: greges suos nusquam inter sentes, aut spinas deducit: neque enim ille spinis delectatur, non versatur inter eos homines, qui non maiori commodo sint aut sibi, aut alijs quàm spinæ, quæ tantum lacerant, & pungunt: inter lilia pascitur, inter eos scilicet qui suauitate morum, & vitæ fragrantia, pietatis studio reliquis omnibus sunt & commodo, & oblectamento, vt solent lilia.

*Donec aspiret dies, & inclinentur  
vmbra. Reuertere: similis esto dilecte mi coprea, hinnuloq; ceruorū  
super montes Bethel.*

POssit hemistichium hoc, [Donec aspiret dies, & inclinetur vmbra], cū præcedētib; cōnecti, possit & cū sequentibus. Si ad præcedentia verba sponsæ referantur, stabilitatem quandam & æternam amoris durationem exprimunt. Dixerat sponsa, [Dilectus meus mihi, & ego illi] quasi dicas, & me sponsus diligit, & ego vicissim illum vehementer amo, diligentissimè colo: sed amor hic mutuus inter nos nullū vnquam accipiet finē: nō magis deficiet, quàm aut dies, aut nox, aut vmbra, quæ splendēte sole non possunt non esse obiectu corporum opacorum. Similitudo venustissima est, & pastorica. Nā pecuarijs hominibus frequenter est in ore, Sol, calor, æstus, & vmbra, vt videre est apud Maronem. Inquit igitur. Citius lux ipsa deficiet, sol suo lumine orbem non illustrabit, citius deficient vmbra, quæ & ar-

borum frondibus, & montium, & collium obiectu causari solent, quā amor inter nos mutuus deficiat. Dicitio proinde [donec] æternitatem significat, vt solet alioquin in literis sacris. Donec ponam inimicos tuos &c. Donec siccarentur aquæ. Donec peperit filium suum primogenitum. Ad exprimendam igitur constantiam & stabilitatem amoris huius qua sponsus vehementer oblectatur, ait. [Donec aspiret dies, & inclinetur vmbra.] Eleganter exprimit priorum animorum affectus: qui cū sponsum diligunt, huic semper negotio incumbunt, vt perpetuo constanterque diligant. Adest enim sanctis hominibus vehemēior quædam cupiditas, qua cupiditate nihil aliud contendunt, quàm perpetuò diligere. Ista sollicitudo vehementer illos premit, & angit. Nam quamuis diligant, & diligant ardenter: cupiunt tamen nusquam deficiat hic amor: atque ad rem istam seipfos interne sæpè cohortantur, & sibi suadere contendunt, vt diuinus hic amor & obseruantia mandatorum Dei finem nusquam accipiat. Sunt humana omnia mutabilia & inconstantia. Sed video plerisque hæc in animum induxisse suum, vt amor hic & obseruantia mandatorum sponsi nusquam remitteretur. Expende locum illum: inclinavi cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum. Si verò locus cum sequentibus connectatur, erit sensus. [Dū spirauerit dies,] hoc est dū excitabitur gratissima aura, dum vmbra corporum obiectu fiant maiores: quasi dicas: Interim quod ingētissimi est terra infestauerint nō excitata aura, quæ solet post meridiē excitari, cū vmbra præsidio arcetur æstus: veni dilecte mi [reuertere: esto similis

psal. 109  
genet. 8  
Ml arch. 1

psal. 116,

lis

lis, &c.] Si is sensus lectori probetur, fingit Sponsa charissimum Sponsum iam ab ea discessisse. Quod cum malè illam haberet, iterum rogat Sponsum festinanter redeat, præsertim dum sæuit æltus, & Solis ardores hominibus sunt infesti. Sponsæ Sponsus semper necessarius est: tum verò maxime, cum urgente persecutione; aut urgente tentatione nulla est consolationis occasio: cum non spirat dies, cum nullæ sunt umbræ ad arcendos æltus. Si verò quæras: quare Sponsus, qui vnice diligebat Sponsam, subito illam reliquit, cum certò sciret, vehementer se ab illa diligi? Ego sane crediderim hoc loco, diuinum spiritum mortalibus aperire, quale sit Sponsi ingenium, qui mores. Nunquam ille cupit, vel ad temporis momentum à nobis secedere, aut nos inter æltus & tentationes deserere: sed decedit tantisper, vt Sponsa, agnita Sponsi absentia, nihil aliud animo verteret, cupiat, desideret, cogitet, quam Sponsium: vt absentem requirat studiosò, reuocet abeuntem multis precibus. Verba igitur ista, [Reuertere dilecte,] ad affectus potius sunt reuocanda & referenda, quam ad linguam. Nam quamuis precibus, iugi & assidua precatione reuocare possis Sponsum, præcipue tamen internis animi affectibus. Recedit igitur, vt illum reuocemus & affectibus, & precibus, & lachrimis, & suspirijs: id quod in Exodo olim Moyfi viro sanctissimo idem Sponsus declarauit aperte. Nam cum in monte Syna moram nectente Mose, populus murmuraret, & grauissimè designaret ydololatriæ scelus, fabricato & erecto iuuenco, spò susque Mosem de patrato scelere

admoneret, dixit: Permitte mihi, vt excandescat furor meus in eos, contumam eos & interficiam, & faciam te crescere in gètem magnam. Quam ob causam obsecro, si tantopere cupis Iudæorum gentem funditus delere, Moyfi tibi charissimo, homini tamen, & quidè mortali, permiste mihi (dicis), aut mihi acquiesce, vt exardescat furor meus? Hæc sane Sponsus faciebat, vt Moses, quem admodum præsentem carmine Sponsa, oraret, instantèque precaretur, Reuertere Domine ab ira furoris tui, pœniteatque te mali huius contra populum tuum: memineris Abraham, Isaac, & Iacob: Pœnituit itaque Dominum mali quod loquutus fuerat super populum suum. Et iterum tantisper ab Sponsa videbatur recedere, cum diceret ad Mosem: Vade & ascende hinc, tu & populus quem eduxisti de terra Ægypti: ego mittam ante te angelum, qui impias gentes extirpare possit: ego tamen tecum non eo, eo quod populus hic sit duræ ceruicis. Id verò cum populus audisset, subortis lachrimis cepit lugere, fierèque admissum facinus, perinde ac si dicas: Multis precibus rogare Sponsum, vt reuerteretur. Petente itaque Mose instantè, non discederet à populo illo, audiuit ab Sponso. Hoc quoque faciam quod loquutus es: nam inuenisti gratiam apud me, & noui te ex nomine. Quid igitur hoc est? Cupit Sponsus Sponsam non deserere, non diuexare, nusquam ab ea discedere: & tamen cupit rogari, detineri, quemadmodum exemplis adductis videre licet. Subtrahit ergò se Sponsus, quò ab Sponsa auidius reuocetur, teneatur fortius. Nà & Christus Iesus verus Sponsus Discipulis, duobus euntibus in Emaus

Luc. 24, insinuabat, aut simulabat se longius ire, non quod discedere ab illis animo esset, sed quod vehementer audire cuperet verba illa: Mane nobiscum Dñe. Cū Apostoli inter tumētes fluctus maris, & sœuientes magno vitæ discrimine versarentur, simulabat se velle eos præterire: id verò non cupiebat Sponsus, sed illud potius, vt sequentia audiret verba: Salua nos perimus, &c. Et turbati sunt, & clamauerunt. Cū igitur Spōsus simulat se discedere, teneri vult: cū abire videtur, cupit reuocari. Nam hæ vicissitudines eundi, & redeūdi Spōso sunt familiares, quo maius faciat Sponsæ sui desiderium, ardentiusque cupiat illum videre, & tenere, vt flagranti desiderio clamet & dicat [Reuertere dilecte mi.] Sed & illud ardetes Sponsæ affectus magis explicat, quod sequitur. [Similis esto capræ, hinnuloque ceruorum in montibus Bethel,] vel etiam Bether. Nam habent Hebræa, על הרי בֵּתֵר. Hoc est, tanta festinatione reuertere, tam velociter, atque solent capræ & hinnuli transire montes præruptos, & diuisos. Nam capræ & hinnuli (vt diximus) magna sunt ad saliendum habilitate. Solent enim ex vno cacumine in aliud longè distans transilire, & ex vno vertice in aliū saltare contendunt, quamuis magna sit intervalorum distantia, & scopuli, & saxa prærupta. Hoc igitur est quod Sponsa inquit. Discessisti charissime Spōse: reuertere obsecro: ne moras neetas. Reuertere autem non lento gradu, sed festinè, non gradiendo, sed saltando, quemadmodum hinnuli capræ, quò citius te in nostras eades cōferas. Exprimitur eleganter sanctorum animorū affectus, qui cū sentiunt Sponsum aliquantisper discessisse, cupiunt ad eos regrediatu

lerrimè, & magna cum festinatione. Quidquid enim absente Spōso Spōsa efficere potest, mors est, peccatum est, anxietudo, tribulatio, erumna, calamitas, reliquaque id genus alia. Vnde & frequēs illa oratio sanctissimi vatis David, iure in Sponsæ ore tā frequentē versatur. Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me festina.

### CAPVT TERTIVM.

**I**n lectulo meo per noctes quasi quem diligit anima mea: quasi illum, & non inueni. Surgam, & circuibō ciuitatem: per vicos & plateas queram quem diligit anima mea. Quasi illum, & non inueni. Inuenerunt me vigiles, qui custodiunt ciuitatem. Num quem diligit anima mea vidistis? Paululum cum pertransissem eos, inueni quem diligit anima mea: &c.



**I**NCIPIT Sponsa ostendere, quàm sint vana humana omnia cōfiliā, cogitationes, decreta hominū, quàm vani & irriti nostri conatus ad inueniendum Sponsum, nisi adfit Numinis fauor. In duas ergo partes huius rei contemplationem distribuamus, vt veram huius loci intelligentiam ista

ista distributione possimus eruere. Possis ergo naturam hominis considerare, cum solo naturali lumine, & instinctu rationis nititur, possis illam contemplari, diuinis reuelationibus, & legibus instructam. Principio humana mens cum solo nititur instinctu rationis, Sponsum inuenire non valet. Id quod multis argumentis & rationibus probare fuerit proptum. Quatum laboris hausere Philosophi circa inuestigationem summi boni, in quo esset sita tota nostra felicitas, in quod referenda esset totius vite ratio? In eam rem Sophistæ, Philosophi, cæteri que omnes, qui sapientiæ & doctrinæ nomine gloriabantur, omnia sua contulere studia, & cogitatus omnes: adeo tamen aberrarunt ab scopo: vt (teste Paulo ad Romanos) obscuratum fuerit insipiens cor eorum, ita vt putantes se esse sapientes, in summam fuerint dementiam prolapsi: adeo vt non solum ad res animatas, sed & ad res inanimatas, vt ad ligna, saxa, diuinis transtulerint honores. Sed ad rem probandam, ex sacris literis liceat petere exempla, & argumeta, & rationes, quibus possimus conuincere, humana omnia consilia per se sufficere quidem non posse ad inueniendum Sponsum. Populus Israeliticus, vetus Sponsa, multis modis à Deo vocatus & electus, multis etiam miraculis excitatus ad querendum Sponsum, adeo Sponsum non inuenit, vt cum & nocte & proprio in lectulo illum quæreret, in alieni

Num. 28  
Exod. 32

viri oscula & amplexus ruerit. Lectulum enim presenti carmine (vt arbitror) humanum ingenium appellat, & humana studia. Et noctis meminit: nam quidquid humanus animus cogitarit de quærendo Sponso, & inueniendo, id omne frustraneum est & irritum, nihil habens lucis, ni-

hil claritatis, non magis quam nox ipsa. Est itaque lectulum in nocte, humanum ingenium cecitatis & obscuritatis plaga percussum à scelere primi parentis. Ob eamque rem, non solum lectulum dixit Sponsa, sed & lectulum meum. Vt intelligas proprias vires & facultates humani animi, consilia, & studia, quibus solet tanquam in lectulo decumbere. Populus proinde Israeliticus, cuius gesta typica Salomon presenti carmine cecinit, (referente sacra historia) moras noctente Mose in monte, quasi coniuratione facta impetum fecerunt in Aaronem, dicentes. Surge, fac nobis deos qui nos præcedant. Contendebat populus ille Sponsum inuestigare. Quid enim aliud est, Deum quærerere, quam quærerere Sponsum? Nam cum dixeret: Fac nobis deos, qui nos præcedant: fatebantur alterius opera & adminiculo se egere, vt ad promissam illis terram tandem peruenirent. Sponsum proinde quærebant proprio consilio, quam dicas, proprio in lectulo: & in nocte quærebant, hoc est, summa mentis cæcitate & caligine percussis. Nam quæ possit insania, quod genus stultitiæ cum isto conferri? Quis vnquam audiuit verba hominum, magis sensu carentium, velle vt quispiam horum Deum faciat, (Fac nobis deos, qui nos præcedant) in animum sibi inducere, vt credant, hos deos fabricados eos eduxisse de terra Ægypti, cum eo tempore quo egredierentur, ipsi diuinitatem essent formati? Vetus igitur illa Sponsa sciebat se nihil sine Deo posse. Quærebat illum & nocte & proprio in lectulo, sed vnus Sponsum, & verum non potuerit inuenire. Quin potius cum alienos deos sibi effinxit, in illorum ruit amplexus, & se illis veluti prostituit. Cum populus ille rectoris & moderatorem haberet presentem, &

Exo d. 12

alienum sequeretur iudicium, nō verfabatur proprio in lectulo, neq; profunda noctis caligine immerlus: sed discedente Mose, cūm proprium sequeretur iudicium, labitur scēdissimē, & Sponsum non inuenit, & alienis copulatur viris. Neque astus ille Aaronis potuit impios & nefarios conatus illi<sup>o</sup> populi reprimere. Nul-  
 Exod. 32 lum enim non mouit lapidem, quo negotium differret in aduentū Moisi: ubet primo de corpore iocalia & ornamenta de capitibus mulierū & puerorū (quōd tamen nō putabat futurū auferri:) proiecitq; vniuersam massam in ignem, & egreditur vitulus: non virtute ignis & artis (vt Hebræi exultant) sed quōd in illo populo magna esset colluies Ægyptiorum, inter quos erant magi, qui sua arte id egerunt, vt præter omnē expectationem egrederetur vitulus. Nam celebris erat apud Ægyptios cultus bouis, quem Apim appellabāt. Vide (obsecro) quanta sit cecitas humani animi, cūm proprio in lectulo quærit Sponsum. Honoris gratia plurali numero explicant vnū Deū nouum, illum aureum vitulū: & tāta fuit populi illius ingratitude & impietas, vt eo ipso auro, quod Dominus illis tradiderat expoliatis Ægyptijs, deos sibi fingerent in iniuriā Sponsi, qui illius populi causa Ægyptios prostrauit & vicit. Quid igitur faciendum est? maior adhibenda est diligentia. [Surgam (inquit) & circumbo ciuitatē, per vicos & plateas, quæram quem diligit anima mea.] Surgat humanum ingeniū, propriūque viribus se summum bonum adsequi confidat, media ciuitate discurret, hoc est, quæcumque mundo isto visibili sursum deorsumque visuntur perscrutetur, diligenter intueatur, si forsan contingat summi bo-

ni inuenire rationem, hoc est, Sponsum inuenire. Est enim hic mundus ciuitas magna & amplissima, admirabili quadam ratione ordinata, vario creaturarum ordine & expectando rerū consensu disposita, ita vt à pulchritudine creaturarum visibilium  
 Roma, L Sponsus ipse inuisibilis vtcūque possit agnosci. Discurret ergo humana ratio, sursum deorsumque feratur. Aristo, Plato, Pythagoras Sponsum inuenient nūquā, solo ducti rationis lumine. Cur sitet per vicos & plateas, diuersos scilicet variosque ordines creaturarum contemplantur, atque circa eam rem vehementer laborent: interim quōd ingenij viribus nituntur, nihil tanē efficiunt. Vicos etiā & plateas, non abs re, varias hominū doctrinas sectasque philosphorum intelligere possis, eorum qui pollicentur, se posse hominibus ostendere Spōsum, in quo versatur omnis summi boni ratio. Nam ad inuestigandū Spōsum, alij quidem latiori via iter arripiebant, quasi per plateam, vt Epicurei, Peripathetici, alij verò per angustius strictioresq; vias, vt Cynici, & Stoici. Sed adhibita summa diligentia ad inuestigandum Spōsum, adeò non licuit inuenire quōd quærebant, vt prorsum aberrauerint ab scopo. Tertio, Sponsa vt nullam partem prætermitteret eorum, quæ ad inuestigandum Sponsum necessaria fore videbātur, inuentis custodibus seu vigilibus, qui ciuitatem custodirent, illos etiam interrogat. [Nūquid quē diligit anima mea vidistis?] Sic enim naturā comparatum esse videmus, vt cūm proprio cōsilio destituti inuenire non datur quod vehementer cupim<sup>o</sup> diligēter quæramus aliorum consilium, & opere utamur. Hactenus Sponsa media nocte in lectulo Sponsum quærebat: non inuenit.

Discur-

Discurrit per plateas & vicos ciuitatis, & cum nullum illius deprehēdit vestigiū, tandem vigiles & custodes ciuitatis interrogabat. [Nūquid quē diligit anima mea vidistis?] Hos magistrōs, vigiles, & custodes, institutores vitæ intelligamus, quemadmodum fuere Sophistæ philosophi, qui propriam sapientiam iactantes, alijs hominibus pollicebatur summi boni agnitionem, & posse se Sponsum, quem Sponsa vehementer cupit inuenire, tanquā digito ostendere. Habuit delusa gentilitas suos vigiles & custodes: habuit & verus Synagoga suos præceptores, suosque magistrōs, quos adhibebat etiam in cōsiliū, vt Sponsum liceret inuenire. Nam & cum vitulos fabricauit, quis dubiter proceres illius populi, & sapientes in cōsiliū vocatos, vt illorum arbitrio tota res de inuestigando Sponso, & perquirendo Deo transigeretur? Habuit & temporis progressu Scribas, Legisdoctores, Pharisæos, qui seduces & magistrōs stulti populi profiterentur. Hos omnes itaque a condito orbe Sponsa interrogabat. [Nanquid, quem diligit anima mea vidistis?] Nā quis non arbitraretur, Sponsi veram & certam cognitionem penes eos esse, qui res publicas sua prouidentia moderabantur, legibusque formabant, mundi Saluatores se iactabant? Sperans itaque Spōsa certum aliquid ab eis posse extorquere, de Sponso, quem vnicē diligebat, interrogabat illos [Nūquid quem diligit anima mea vidistis?] Hos duces & magistrōs populi grauissimē infectatur Paul. ad Romanos. Confidis te ipsum esse ducem cæcorum, lumen eorum, qui in tenebris sunt, eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientiæ.

Exod. 31

Rom 1:

*Paululum cum pertransissem eos, inueni, quem diligit anima mea. Tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domū matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.*

**I**Vuat ad inueniendum Sponsum proprium relinquere lectulū, hoc est, propria consilia, sciētiam, cogitataque humanos, tūm etiam & hominum commenta: conculcanda sunt omnia non solum contemnienda, & vltro progrediendum est. Nam Spōsa prætergressa, & lectulum propriū & custodes, Sponsum inuenit, quem vehementer cupiebat inuenire. Vetus illa Synagoga, antiquior scilicet Sponsa, cum inter Ægyptiorum sciētias & disciplinas (quæ per id tempus inter gentes illas florebant) versaretur, nusquam Sponsum potuit inuenire: cum inter oblectamenta & voluptates Ægypti commoraretur, nunquam illi licuit in Sponsi amplexu ruere: tunc tandem charissimū Sponsum inuenire potuit, cum his omnibus prætermittis, de quibus diximus, iam sola diuina ope, non humana, ad tantum opus adiuta, manum admo- uit. Paulus Apostolus ad Corinth. scribens, ea omnia reiecit a cognitione Sponsi, quæ hic mundus miratur, & colit. Decevit enim Sponsus, sapientiam huius mundi stultam esse, ac prorsum dementem, ostendere. Ob eam rem Paulus, (vt diximus) loco citato inquit. Videte vocationem vestram fratres: quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat fortia, Sapientia igitur humana, potentia, nobilitas, reliquaque omnia, quæ Paulus commemorat, ad inueniendum Spōsum

1. Cor. 1.

inepta sunt & inutilia. Et vocationē iubet Pau. intentis animis intueri, vt à vocatione agnoscant, humanam sapientiam à Deo reiectam atque contemptam. Et sapientes appellat secundum carnem, eos qui iuxta externā eruditionem, & stultæ carnis iudiciū sapientes esse videntur. Quæret aliquis. Quid causæ sit, quod ad inuestigationē summi boni, tum etiā Spōsi dulcissimi, omnem humanam sapientiam, humanas vires voluit reiectas? Sapiētiam quidem, quoniam & suapte natura inepta est ad inueniendum Sponsum: nō enim arte, aut syllogismo, aut inductione, aut humanæ rationis discursu aliquo est inueniendus. Adde, quod quemadmodū medicus quispiam, si medicam artē eos docere vellet, qui pauca quædā & perperam intellecta accepissent, non facile doceri paterentur, qui autem nihil scirent, hi maxime quæ dicerentur acciperent: ad eundem modum sæpe qui indocti magis videntur, circa inquisitionem Sponsi magis proficiunt, quoniam in eam demerentiam nunquam deuenire, vt se sapientes existimarēt. Summa enim est apud Sponsum stultitia, nostris velle cogitationibus comprehendere, quæ nisi perfidem inueniri nō possunt. Vt enim ferrum ignitum forpise faber accipere solet, illeque habeatur stultus qui digitis accipere contendat: sic de cognitione Sponsi iudicandum. Deinde illud semper vehementius curauit Sponsus, ne scilicet omnis caro gloriatur in conspectu Dei (vt Paul. eodem loco.) Hoc est, ne stultus & infelix homo magnam de se conciperet opinionē, sed omnē gloriā diuinitatē ab Spōso deriuari nemo non agnosceret: iuxta illud: Qui gloriatur in domino gloriatur. Ob eamque rem multis modis

1, Cor. 11.

ostendit Sponsus (vt arbitror) à condito orbe, sapientiam secularem nō posse per se salutem assequi: quamuis & celi pulchritudinem, & magnitudinem terræ, & cæterarum creaturarum corpora consideranda proposuerit. Hæc enim fecit ille, vt humanæ sapiētiae opinionem funditus sustolleret. Quemadmodum si magister discipulo se sequi præcipiens quocunq̄ duxerit, cum gloriabundum & ex se omnia discere volentē intueretur, errare eum permetteret, vt vel hac ratione ostenderet, eum si bi non sufficere perse ad inuestiganda artis præcepta: ad eundem modum nē miser homo suam sapientiam & potētiam iactaret, passus est per mille errores abire præcipitem, (vt Sponsa docet præsentī carmine) vt disceret, humanam sapiētiam, potētiam, nō posse Sponsum ad inuenire. Hæc vna causa est (vt arbitror) propter quam noluit vt Moses & Aaron duces & moderatores Iudaici (vt alias causas omittamus) populum illum, quem tot portentis & miraculis ex Ægypto duxerunt, quem legibus & institutis ad verum religionis cultū formarunt, in terram promissionis inducerent. Nē scilicet populus ille quidpiam tribueret carni, aut humanis viribus, aut industrie. Periculum enim erat, ne forsan rudis populus arbitraretur, Mosē, & Aaronem, vt erant viri omni sapiētiae genere præstantes, & vitæ sanctimonia admirabiles, proprijs viribus, & sapientia in terram promissionis cum inuēxisse. Nē igitur gloriaretur omnis caro, anteaquam terram promissionis ingrederentur, desertis locis & squalētibus præstantissimi viri occubere. Sit igitur huius carminis certa constantisque doctrina. Quidquid humanum ingenium excogitare potest ad inueni



niēdum Sponsum, perinde esse, ac si aranearum telas conficiamus, stulto que consummamur labore. Repudianda est ad tantum opus citra diuinum præsidium humana sapientia & industria. Nā Apollo ille vir eloquens, & Arcopagita Dionysius, Lullianus, Clemens, cæteri q̄ viri magna sapientia & ingenio, anteaquam sapientiam sæcularem prætergrederetur, Sponsum adinuenere nunquam: sed postquam contempta humana sapientia, ad eam se contulere, quā mūdus stultitiam arbitratur: Sponsum adinuenere, quem vehementer cupiebant. [Tenui eum, nec dimittā, &c.] Sponsa multorum induit personas, vt aliās est à nobis annotatū. Exprimat ergo præsentī carmine propeensionem quandam fidelis animi, & institutum ad meliora capessēda: cum tamen natura ipsa fragilis sit, & inconstans, & ad lapsum nimirum procliuis. Nostra enim natura temeritate quadam humana pollicetur magna, vt Apost. Petrus imminente periculo mortis, & instāte tēpore passionis Iesu Christi: Dñe si oportuerit memori tecū, non te negabo, &c. Parum tamen aut nihil præstauit post magnificas pollicitationes. Sic solent, qui proprijs viribus cōfidūt, nullam in Deum confidentiam reijcipientes, cuius gratia mandata facit possibilia. Populus Israëliticus postquam Moses exposuit quæcunq̄ dixisset Dominus, respondit: Cuncta quæ loquutus est Dominus faciem⁹. Quasi dixerit Sponsa illa: [Tenui eū, nec dimittam.] Sed irrita est & vana omnis humana cogitatio. Nam quæ constanter pollicetur, Quæcunq̄ iussit Dominus faciemus: statim oblita, vide quā foede, quā miserè prolapsa sit. Illius veteris Sponsæ scelera refert Paul. In falsas & im-

pias religiones prolabitur: cum Madianitis impio congressu diuinas leges violauit: Spōlum ipsum in deserto impudenter tentauit: ita vt illius sceleribus id exigentibus, igniti serpentes illorum exercitus prostrauerint. Demūque, ne singula recenseamus, prior illa Sponsa, quæ humani animi propensionem & vires humanas iactabat cōfidēter, quasi diceret, [Tenui eū, nec dimittā:] suo malo cognouit, non esse humanis viribus confidendum. Adde, quod Sponsa exprimit præsentī versiculo, iudicium illud piorum animorum de præstantia, & dulcedine Spōsi. Nisi enim cognouisset Sponsa quæcūq̄ possunt ab humano animo expecti, omnia in Sponso inueniri: nusquam dixisset. [Tenui eum, &c.] Nihil magis cupit noster anim⁹, quā in omnia bona habere, simul & semper habere. Singula autem mortalium bona mutatur, atq̄e deficiunt: & instar fumi citò euanescent: id quod nō solū in corpore, verū etiā & in animo incōstantiam istam bonorum penetrare videmus. Nā in humano corpore quid qui doptimum censetur, & laude dignum, vt venustas, & pulchritudo, flaccescit subito, & dilabitur: ita vt nihil sit in corpore, aut in his rebus quæ humanis vsibus parantur, quæ à nobis possint, aut comprehendi, aut teneri. In animo verò quæ contingunt mutationes? Permutantur mores, cōsuetudines, opiniones, cupidines, voluptates, dolores, timores. Nihil istorum perseuerat, priora abolentur, noua succedunt, atque adolescunt. Scientiæ itidem, aliæ euanescent, aliæ surgunt: nihilque est in humana vita, tametsi bonum, præclarum, eximiumue sit, quod à nobis teneri villo pacto possit. Natura autē nostra, æternitatem quandam & sufficientiam

Math. 16

Exod. 19

Exo. 33

1 Cor. 13

Num. 28

Exo. 13  
Exod. 17  
Exod. 16

riam in rebus semper meditatur, securitatem in possidendo, satietatem cum fruitor, hæc omnia in Sponso tantum, extrâ Sponsum non liceat inuenire, iurè proinde confertis brachijs tenet eum, in quo scit se posse inuenire æternitatem, & satietatem. Et vetus illa Sponsa, (vt omittamus in Christo Iesu Ecclesiam Sponsam) omnia simul comperit, nihil non inuenit. Nam ad fugâdas tenebras per noctem, columnam ignis adhibuit Sponsus: ad arcendos ætus, per diem columnam nubis: ad sedandam sitim saxa resoluit in aquas: ad depellendâ iniuriam famis, delicatissimos cibos & lautiores epulas Sponsus contulit. Igitur quod omnia simul in vno Sponso inuenire liceat, Sponsa abunde declarauit, dicens: [Donec introducam eum, &c.] Non videtur hoc loco Salomon vir sapiens decorum seruasse personæ, Non enim decebat pudorem Sponsæ, & verecundiâ femininarum animis naturâ ingentam Sponsum vltro apprehendere, & in cubiculum deducere. Sed huius rei difficultatem multis possimus rationibus expedire. Principiò, potuit Salomon per Hypallagem, Sponsæ attribuire figurata locutione, quæ Spôso essent attribuenda: vt sit sensus. [Donec introducam eum:] Id est, donec introducat me. Secundò, Sponsa quæ loquitur, vehementi, imò incredibili flagrat amore. Ob eamque rē, huiusmodi lapsus in verbis illi debeant condonari, quemadmodum in cæteris amatoribus. Tertiò, cum Salomon hîc nō de amore vulgari, sed cœlesti potiùs disputet, in quo interdum res non ita transeuntur, quemadmodum in amore vulgari, imò multo secus: nō est quod miremur. Nā cum Sponsa sciret, quidquid vtilitatis & lucri ex Spôsi amoribus nalce-

retur, id omne in se redūdare, neque ad Sponsum pertinere, aut illi vtilitatis aliquid acrescere posse: quid mirum est, si suo lucro suisque commodis intenta Sponsa dicat, [Donec introducā eum?.] Quod verò dixit, [In domū matris meæ, & in cubiculū genitricis meæ,] iuxta veterē illius populi consuetudinem dictum crediderim. Nam in Genesi legimus, Isaac Rebecam Sponsam in cubiculū matris suæ induxisse. Is forsan erat illi gētis ritus (qui iuxta gentium varietatem, varij sunt, atque diuersi) in nuptijs maxime celebrandis. Igitur vetus illa Spôsa Synagoga scilicet pollicebatur, se charissimum Sponsum dimissurum nunquam, quod in domum matris & cubiculum genitricis introduceret, hoc est, in terram promissionis. Sed & ante ingressum terræ promissionis, & postquam in cubiculum matris induxit illū Sponsum, sæpè contempsit, & in alterius viri ruit amplexus: & tandem probrosissima eum morte confecit. Vera Sponsa Christi Iesu, Ecclesia scilicet, nūquam illum dimittet, nec suis manibus elaberetur Spôsus, donecambo vnus Spiritus effecti, cœlestem Ierusalem, quàm Paul. matrem nostrā appellat, ingrediantur magna cum pompa, incredibiliq̄ue apparata.

*Adiuuro vos filia Ierusalē, per capreas  
ceruosque camporum, ne iuscitetis,  
neque euigilare jaciatis dilectam, do  
nec ipsa velit.*

Constāter Spôsus, vt in superioribus, dicit, charissimā sibi esse si delem Sponsam, eiusque pacem & tranquillitatem maxime sibi cordi & curæ esse. Ob eamque rem seuera comminatione iureiurando interposito

sitō vniuersos mortales deterret à perturbatione dilectæ. Diximus autem de versiculo isto commentarijs capitis secundi,

*Quæ est ista quæ ascendit per desertū,  
sicut virgula fumi ex aromatibus  
myrrhæ & thuris, & vniuersi pul-  
ueris pigmentarij?*

Postquam Spōsa charissimum adinuenit Sponsū, & in cubile induxit, tunc tandem amatorijs operibus cūm vacaret: iuencularū chorus, iuxta cubiculum, cœpit hoc carmen occinere (quod propriè epithalamium appellatur) vsque ad finem totius capitis huius. Fuerunt apud gentes varij Epithalamiorum ritus: illud autem erat celeberrimum, quod virgines concinebant: hoc nomine, vt primi coniugij congressus nouo carminis apparatus celebrarentur. Epithalimiorum autem nonnulla vespere canebantur, quædam verò matutina erant. Helenus epithalamiū cecinit, & Stesichor⁹, & ab eo nonnulla mutuatus est Theocritus. Principiō aggrediuntur puellæ Epithalamium hoc à laudibus Sponsæ. Et primò eam collaudant à corporis proceritate, venustate, & elegantiâ, tūm & à suauolentia. Nam fingitur Sponsa magnifico apparatu, & ornatu eximio procedere, plena odoramentis, vt solent fœminæ, quæ vehementer cupiunt suis se viris approbare. [Quæ est ista quæ procedit de deserto. &c.] Quod nostra habet translatio, [Sicut virgula fumi:] Hebrea videntur habere: Quid est hoc, quod ascendit à deserto, ceu fumus altissimus, & palmarum instar, qui generatur suffito myrrhæ & thuris, & omnium puluerū pharmacopo-

læ. Est venustissima similitudo pulcherrimæ sponse cum palma. Nā primò inest huic arbori decor non ingratus, perpetuò viret folijs, cūm cæteræ arbores non ea seruent perpetuò, sed prioribus deculsis succedat alia. Ob eâque rem à poëtis aiphyllos appellatur. Et poëtarum princeps Homerus puellæ cuiusdâ venustatem palmæ ramo assimilabat. Ad exprimendam proinde incredibilem Sponsæ venustatem, nihil adduci potuit accommodatiùs, quàm palma. Quæ verò de odoramentis dixit, ob eam rem dicta existimemus, quod odoramentorum fragrantia fœminæ maxime oblectentur. Iam verò vt ad penitiorēs sensus accedamus, myrrhæ & thuris meminit, tū & pulueris pigmentariorum: vt diligens lector memoria repetat seueritatem illam externæ oblationis veteris sponse diuino mandato iniunctam. Locutus est Dominus ad Mosē. Exod. 30 Sume tibi aromata primæ myrrhæ & electæ quingentos siclos, ac deinde stactem, galbanum boni odoris, & thus lucidissimum: quæ omnia in tenuissimum puluerem cōtusa pones coram tabernaculo testimonij. Et de thure multa mentio fit in Leuiti. Leui. 25 et 24 Geres igitur vicinæ veterem Synagogam per deserta videntes tanta gloria & apparatu procedere, tūm tabernaculum testimonij, & fœderis arcam odoramentis circumseptâ, ex utroque latere suffito in altū se erigente, rei magnitudinem & nouitatem admiratæ, dicebant. Quæ est ista quæ ascendit per desertum, vt fumus, instar palmarum in altū sese erigentium. Nam verba hæc [quæ est ista,] non sunt dubitantis, sed admirantis potiùs: Vt: Bone Deus: quid ego audio: quid ego video. Primò itaque obserua fragrantiam odoramen-

torū,

torum, quæ tabernaculo foederis & diuino cultui erant destinata, tribuit populo illi, hoc est veteri Sponsæ. Erant autem odoramenta illa omnis generis Symbolum religionis, & cultus: omniaque sacra suffitus & odoramenta referebant. Itaque Sponsæ tribuit quæ videntur Sponso tributa. Ut intelligas quæcunque Deus fecit, quæcunque legibus fanciuit cum vetus illa Sponsa floreret, Sponsæ causa omnia fecisse. Nam si quidpiam potuisset videri in rem Sponsi fancitum, non Sponsæ, illud maxime esset, quod ad odoramenta pertinet: sed cum audis Sponsam procedere per desertum conspersam puluere odoratissimo, satis intelligis hæc omnia, Sponsæ causa fuisse fancita: omnia enim propter electos ab æterno operabatur Sponsus. Principio, quod tam seuerè iubetur myrrha electa, thus lucidissimum, denique tenuissimus puluis odoramentorum tabernaculo foederis deputentur, & chrisma conficeretur, quod in vsus prophanos usurparetur nunquam: hæc seueritas externæ obseruationis necessaria fuit, ut sacra illa non prophanarentur, & Ecclesiastica ministeria non viscerentur: tum verò maxime veterem Sponsam à falsis religionibus & nefarijs arcere voluit. Nam & myrrha & thure & alijs etiam pretiosis odoramentis, dijs gentium stulti homines sacra faciebant. Secundò, Sponsam voluit erudire, quæcunque essent optima & pretiosissima Sponso offerenda, & creaturarum vsus in Sponsum, tanquam in supremum omnium finem referendos. Sunt enim odoramenta inter omnia quæ Deus condidit, homini vehementer grata, **Hesiodos** adeò ut ob eam rem Hesiodus dixerit, hominem cupere, si posset, totum fieri nasum: hoc est, inter ceteras res

summa ab odoramentis percipere delectamenta. Ergò quæ homini videtur pretiosissima, quæ charissima illi sunt, hæc iubet sponte vltroque illi offeramus. Tertio, discere quantum possit diuina beneuolentia, quam sit ampla suppellex Spõsi amor erga nos, quam sit ille felix cui bene cupit ex animo. Sponsa illa vetus, cum in Ægypto ad perpetuas esset operas luti & lateris damnata, non solum eam in libertatem asseruit, & hostium præda & manubijs locupletauit: sed & tam gloriosam effecit, nobilem, potentem, ut exteræ gentes illius felicitatem admirarentur, dicentes. [Quæ est ista quæ ascendit per desertum, &c.] Sic se potentia diuina exercere solet, cum vocat ea quæ non sunt tanquam ea quæ sunt (ut Paulus) quæ non sunt, appellat, iuxta proprietatem linguæ, quæ videtur vilia, abiecta: quæ sunt, ea quæ hominum iudicio digna sunt ingenti admiratione. Hæc est igitur Sponsi potentia, sponsam vexatam, pressam, quæ serime iam non erat, in tantam gloriam & maiestatem euehere, ut ceteræ gentes summa admiratione ex eius conspectu tenerentur. Postremo, Sponsus ut veterem illam Synagogam ab infelici & miseranda sorte in tantam exulit magnitudinem ut omnibus esset admirationi: sic etiam & nouam sponsam Ecclesiam imperio dæmonis sublatam, depulsa morte, flagitio profligato, non solum in libertatem asseruit infelicem, miseram & captiuam: verum etiam tantoperè illam sacramentorum virtutibus, & bonorum operum ornamentis ditauit, ut ceteræ gentes illius odoramenta, bona scilicet opera intuentes, glorificent patrem qui in caelis est, actique in stuporem dicant: [Quæ est ista quæ ascendit per desertum, &c.] Olim Ægyptio-

Exod. i,  
Exod. 11

Rom. 4.

ptier im populus veterem sponsam contemnebat, iridebat, sed cum divina bonitas statuit eam erigere, & subleuare e tanta miseria, & calamitate, eam adeo gloriosam effecit, vt admirentur gentes dicerent: [ Quæ est ista, &c. ] Sponsa autem Christi Iesu, interim quod in Ægypto versatur, contemnitur, iridetur, premitur vt vetas illa Synagoga, sed ipsa sæculi consummatione, cum iam gloria filiorum Dei reuelabitur, stulti & per diti homines, qui illam contenebant & fastidiebant, gloriam & maiestatem illius contemplati, suam ipsorum dementiam & stultitiam damnabunt, celebrabunt illius amplitudinem & gloriam, dicentes. Ecce quomodo cõputati sunt inter filios Dei, nos stulti, &c. Quasi dicas. [ Quæ est ista quæ ascendit de deserto, ] tanto apparatu, gloria, triumpho, maiestate? Sed hæc debeat esse piorum animorum præcipua maximaque consolatio, quod fieri non possit, quin illud eueniat, quod Paulus constantè affirmat, Quos prædestinauit, hos & vocauit, hos magnificauit, & glorificauit. Vt olim tota fœlicitas veteris spõsæ ipsa diuina electione sita erat: sic etiam & Ecclesiæ fœlicitas tota in ea re potissimum consistit, quod à Deo electa, vocata, iustificata sit. Et quamuis grauissima tentationum procella inter impios iactetur, sed tandè magnificabitur, glorificabitur, vt inquit Paul. A deo vt qui illam insectabantur impij admirantes dicat. [ Quæ est ista quæ ascendit, &c. ]

*En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt, ex fortissimis Israel, Omnes tenentes gladios & ad bella doctissimi, vniu'scuiusque ensis super semet suum propter timores nocturnos.*

Varia est sententia Hebræorum & latinorum circa germanam huius carminis intelligentiam. Quidam de tabernaculo fœderis, totoque apparatu castrorum populi Israelitici, cum per desertum proficisceretur, putant describi, vt lectulus Salomonis sit arca fœderis: sexaginta heroes, sexcenta millia pugnatorum, qui arcam stipabant (numerus determinatus pro indeterminato) quia omnes perpetuò stabant veluti pro acie propter timores nocturnos, hoc est, propter repentinos incurfus hostium. Sunt qui hæc referant ad Salomonis lectulum, vt habetur in litera. Quamuis enim sacra hystoria Regnorum & Paralippomenon nihil delectulo isto commemoret, nihil de sexaginta heroibus, sicut neque de ferculo illo, siue vehiculo, de quo sequenti carmine dicendum est: credere tamen par est, à Salomone rege, omnium qui per id tẽpus fuissent potentissimo, opulentissimo, lectulum hunc fabricatum, adhibitos sexaginta heroes ad firmam lectuli custodiam. Nimirum vt cum ipse in lectulo decumberet, viri fortes, & rei bellicæ periti extarent vigiles, illoque dormire excubias seruarent, ne forte per noctem, vt solet nonnunquam euenire, subito tumultus aliquis excitaretur, aut se proderet iniqua machinatio, quæ regie maiestatis quietem posset interurbare, & gloriam, quodammodo commaculare. Sæpè & à Salomone præsentis Epithalamio pleraque mysteria decantantur, sumpta figura orationis à Salomonis aula. Ergo siue hoc sit siue illud, adolescentularum chorus secundo loco celebrat nuptias inter sponsum & sponsam, ab amplissimo apparatu, regioque ornata thalami, in quo sponsum simul sponsa que decumberent. Vt ergo priori illo lectulo

2. Reg. 6.  
& 7.

Rom. 2. 8

Sap. 5.

Rom. 8.

A. 2. d. 3.

1. d. 3. d. 1.

Rom. 2.

Rom. 2.

3. Reg. 6.  
& 11. & 16.  
3. Reg. 8.  
1. Par. 17.  
2. Par. 17.

Eph. 4.

tuulo, tabernaculo scilicet: & lectulo à Salomone constructo, hominū mētes erudire voluit. Nam quemadmodum fœderis tabernaculum infinitis propè militibus stipatum procedebat perpetuò, propter incursum vicinarum gentium: & vt lectulum Salomonis sexaginta fortes ex selectissimis Israēl perpetuò cingebant: eadē opera oportet pios homines, & eos qui Sponso se volunt approbare, perpetuas agere excubias, semper esse in procinctu, propter internam dimicationem, & intestinum odium spiritus cum carne, dæmone, mūdo. Vt e que Paulus ad Ephe, de re ista dixit. Secundò, qui fœderis tabernaculum lectulumque Salomonis cingebant, fortissimi erant, & selectissimi: vt intelligas, pectoris custodiam firmam esse oportere, nè vnquam vicini hostes (quos habemus multos, expeditos, potētes, exercitatos) nos e gradu dimoueant: quin potius omnibus esse obnitendum viribus, nè nobis prostratis gloriam ipsi ac triūphū re portent. Tertiò: sunt tamen quibus incumbit ex munere, tabernaculum fœderis, siue lectulum Salomonis aut Sponsi vigilanter seruare: & eos decet gladium super femur habere, in procinctu esse, vt neque rabidi lupi, quantumuis audaces, in caulas ouium Sponsi possint irrumperere, neque insidiosæ vulpes latenter lectulum inuadere. Sed vt id præstare possint, primò opus est, instructi sint, & fortes ad bella, id est exercitati in debellandis hostibus: vt sciant, quibus armis, quibusve modis contra hostes sit depugnandum: denique post diuinam cum hostibus priuatam, ac singularem pugnam, tunc tandem ad publica sint certamina educendi. Nam qui sub Christi signis stipen-

dium accipiunt, si sint tyrones, & spiritalis militiæ rudes, impium est fortissimorum velle locum occupare. Episcopū Paulus verat esse neophytum, nè forte (inquit) in superbiam elatus in iudicium incidat diaboli: id est, ne is, qui alios tueri debeat aduersus hostium impetus & insultus, ipse primo iaculo superbiæ confusus occumbat. Quid igitur dicendum? Salomon ad tuendam vitam corpoream fortissimos viros magno studio vnde cunq̃ue conquirebat: ad tuendam dignitatem & honorem veri Salomonis Christi Iesu, apti videntur pueri, vix dum infantiam egressi? pueri, cum ætate, tum sensibus fortissimorum locum, vel puerili ambitione suggerente, vel stultissimorum parentum auaritia impellente occupare præsumunt? Pueros se, cum multis alijs modis declarant, tum verò maximè, quòd in tam periculoso loco tanta securitate, quasi ouantes gestiunt, imbelles, & imberbes: quem vix robustissimi homines, & pubetenus barbari milites sine periculo tueri possent. Quartò, oportet quisque habeat gladium super femur. His enim, qui Salomonis lectulum tuentur, nusquam gladius deponendus est: sed cum super femur, hoc est, paratum & promptum gladium habuerint, opportune est distringendus in gruente quocunq̃ue timore nocturno. Paulus verbum Dei gladium appellat, & acutissimum gladium, qui possit penetrare, nõ solū vsq̃ ad diuisionē animæ & spiritus, sed qui cōpages & medulas possit ab inuicē diuellere & separare. Timotheū hor- tabatur aliquando, Dei verbū, quasi dicas gladiū, e manibus nõ ponere, iubebat increpare, &c. Sic Moses iube-  
bat

1. Tim. 3.

1. Tim. 3.

1. Tim. 3.

1. Tim. 3.

Eph. 4.

Hebr. 4.

Tim. 4.

Debet Dei verbum diuinaque man-  
data parentes filijs non solum recen-  
serent, sed acuerent, vt habent He-  
braea, ne fortam verbum Dei vel af-  
ficeretur rubigine, vel illi acies, quae  
acutissima debeat esse, retunderetur.  
Nam, quod viri fortes, qui lectulum  
Salomonis ambiunt, perpetuo accin-  
cti sunt, & ad bellum expediti, pro-  
prietudinem animi exprimebant, qua  
habere debeat is, qui lectulum veri  
Salomonis ex officio tuetur. Cum  
enim gladius hic acutissimus depo-  
nitur, minuitur statim gloria & ma-  
iestas veri Salomonis. Neque enim al-  
ia est via, qua possit verus Salomō  
in lectulo quiete agere, quam si ad-  
uersum insultus hostium, siue hereti-  
corum, siue improborum hominum  
verbum Dei à forti & idoneo mili-  
te distringatur. Heu quibus pertur-  
bationibus vexatur Sponsa Christi,  
corpusque Sponsi nostro, hoc saeculo  
exulceratissimo: quod verbū Dei  
penē venerit in cōceptū apud illos  
qui te fortes milites & vigiles, & hu-  
ius lectulicustodes p̄fiterentur. Quinto,  
Hebraea videtur sonare: Lectulū ei?  
quem habet Salomon, sexaginta tor-  
res sunt ex fortissimis Israël. Ad in-  
sinuandam igitur summam securita-  
tem eius qui vna cum Salomone in  
lectulo agit, dixit: Eius quem habet  
Salomon, Quis enim au deat inter-  
turbare, quis quietudinem illam me-  
ris depellere, quam verus Salomon  
pijs animis tribuit, quos ille semel  
ingenti charitate cōplectitur? Quis  
Sponsam possit illius brachijs diuel-  
lere, aut complexibus? Quis nos se-  
parabit à charitate Christi? Sexto,  
Hebraea videtur habere, non solū  
Accincti gladio, vt recte vertit inter-  
pres, sed etiā capti gladio, Ita vt quē  
admodum fortes illi gladio capere  
possūt & interimere veterē hominē,

ita etiā & ipsi Salomonis gladio ca-  
pti sint, Gladiū materiale milites ad-  
renes supraque femur accingūt: ver-  
bum Dei potius milites ipsos fortes  
& validos cingit, quam praecingit-  
tur. Vt enim Salomonis lectulum,  
ita etiam & milites ipsos fortissi-  
mos herōas gladius diuini verbi pre-  
cingit, tuetur, & seruat. Queris quid  
causae sit, quod Salomonis lectulum  
fortissimi milites ambiūt, semper in  
procinctu & qua si pro acie stātes?  
[Propter timores (inquit) noctur-  
nos,] Nocturnos timores grauissimū  
genus tērationis & periculosissimū  
intelligo, aut noxas dæmonum, qui  
diuina permissione magna inferunt  
hominib⁹ nocumēta. Vnde & locus  
ille Psalmi, Non timebis à timore P sal. 90  
nocturno, noxas dæmonum & nocu-  
menta iure quidam interpretantur.  
Quid verò à quibusdam solet quaeri,  
quare potius dæmones nocte quā  
die suam potentiam exerceant: facili-  
me possit expediri, si dicas. Forsan  
quia ex sinistro, & obscuro latere  
sunt, ex Aquilone scilicet. Vnde & Ephe. 6.  
Apostol. Dæmones vocat potestates  
tenebrarum. Et Christus R. N. con-  
uolantibus Iudeis, atque cum tumultu  
in eius necem conspirantibus, di-  
xit. Haec est hora vestra, & potestas Luc. 4.  
tenebrarum. Quo fit: Vt quemadmo-  
dum Deus princeps lucis, ita etiam  
& dæmon princeps tenebrarum ap-  
pelleat. Quo circa arbitrantur quidā  
angelum illum qui cum Iacob lu-  
ctam iniit, ex oriente aurora quasi Gen. 31.  
diem pertimescentem dixisse: Dimitte  
me aurora est. Quidam sic inter-  
pretantur, quasi nequam spiritus is  
esset, qui sancto viro aduersaretur.  
Alioqui quid opus erat, sanctum vi-  
rum rogare, dimitte me, quod in vi-  
cino prospectaret aurora? Aduersam  
igitur potestatem fuisse censet  
K Ori-

3. Lib. Pe  
riarch.

Origenes in Periarchon: Angelum scilicet Esau esse, qui multo esset potentior nocte quam die. Voluit igitur insinuare: Si ego te in tenebris non vici quo tempore robustior validiorque sum multo: quid tandem efficiam ex oriente aurora, cum proprie vires extenuantur, & debilitantur? Quod ergo dicit Scriptura, Angelum luctatum esse cum Iacob, ita intelligit autor ille, quasi non sit idem luctari cum Iacob, & aduersum Iacob. Sed is qui ei salutis causa aderat, qui cognitis eius profectibus nomen indidit Israel, cum ipso luctabatur, id est, cum ipso fuit in agone, ferebatque superias sanctissimo homini dimicanti. Alius itaque erat, aduersus quem dimicabat, alius, qui ei in dimicatione consulerat. Potestas igitur illa, aduersus quam Iacob dimicaret, aut cum qua luctaretur, auroram timebat, propter causam a nobis adductam. Diuus Hieronymus etiam in 3. libro Commentariorum, Epistolae ad Ephesios in illis verbis, non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, 6. cap. Origenem sequitur. Sed omnes fere Hebraei, Graeci & Latini expositores asseuerant Iacob verae & corporeae luctationis complexu dimicasse aduersum Angelum: qui, virili forma ad tempus assumpta Iacob ipsum ad luctam prouocauerat.

*Ferculum sibi fecit rex Salomon de lignis Libani. Colunas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum: media, charitate constravit propter filias Ierusalem.*

**V**el is vnus locus sufficiat ad reuincendos eos, qui politiores li-

teras repudiandas, ac funditus sustolendas putant. Nusquam mihi probari potuit illepidum illud prouerbum: Scriptura nasus est in omnia sequax. Sed tanta est interpretum varietas, tanta ignorantia rerum de quibus in Scriptura fit metio, ut nullus prorsus sit Scripturarum locus, qui non a multis coacte violenterque exponatur. Cum enim Historie nos penitus lateant, indoles moreque hominum & affectus penitus ignorentur: locorum ingenia, temporum ratio, vitae usus, & instrumenta prorsus nesciantur: quid aliud quaeeso reliquum est, quam ut in multis locis plane liceat diuinare? Atque ita fit, ut frequenter interpretes, aut non assequantur quae dicuntur, aut non assequantur pari felicitate. Quidam ferculum hoc loco, ita interpretatus est, quasi vasculum esset, quo simposita pulmentaria inferantur ad mensas. Non dubitandum est (inquit) quanti saporis sint pulmentaria ferculo imposita. Et de Lybano inquit, Thuris quoque succus soli omnipotenti Deo in odorem suauitatis adolebantur. Hieronymus igitur Graecos interpretes imitatus [ferculum] reddidit, nimirum lecticam significans. Quo nomine velim intelligas umbraculum quodam, sub quo futuri coniuges desponsabantur. Nam cum varij ritus iam olim cum nuptiarum, tum Epithalamiorum essent: mirum est, quantum in hac re sibi indulserint gentes. Scribit Pausanias, apud praefatos homines veteri seruatum consuetudine, ut nuptiali solennitate curru quodam aut vehiculo tres sederent, media sponsa, a lateribus sponsus, & quem vocabant Parochum: qui amicitia, vel consanguinitate coniugibus esset annexus, cuique deferrent plurimum. Ergo cum dicitur ferculum sibi fecit

Pausanias.



ait rex Salomon, per ferculum intelligas nuptiale illud vehiculum. Non enim consentio, aut Hebræis autoribus, aut Christianis, qui per ferculum intelligunt arcam fœderis, siue tabernaculum testimonij.

Exod. 25

Nam ferculum hoc, de quo agit Salomon, ex lignis Lybaniis structum erat: fœderis tabernaculum ex lignis Sethim. Vnde enim potuit Moses ex monte Lybano ligna aduchere construendo tabernaculo, cum rex opulentissimus Salomon opera regis Hiram vix magno impendio, potuit in Iudæam conuehere? Virgitur superiori carmine iuuenulæ nuptias inter Sp̄sum & Sponsam celebrabant, cum à venustate Sponsæ, tum à lectulo regio, regiaque magnificentia constructo: & nunc etiã eadē celebrant nuptias Epithalamio carmine, ab apparatu & opulentia vehiculi huius, quo, vt diximus, coniuges deferbantur in publicum: illiusque ad mirabilem structuram presenti versiculo prosequuntur. Ferculum inquit, fecit sibi rex Salomon selectissima materia, de lignis scilicet Lybani, columnas ex argento, reclinatorium aureum, ascensum purpureum, intermedia omnia charitate constravit propter filias Ierusalem. Itaque vel ab ipsa ratione architecturæ inuestigare possis Salomonis sapientiam: quam mirabilem fuisse testatur vehiculi huius fabrica. Veruntamen siue de tabernaculo fœderis, siue de ferculo Salomonis locum interpretaris, eandem, vt mihi videtur, versiculus hic continebit rationem mysterij, eandem habebit intelligentiam. Illud ergo curiosius est inuestigandum: quid fuerit causæ, quod Deus olim,

2. Reg. 5.  
3. Reg. 5.  
1. Par. 14

cum veterem Synagogam in Sponsam sibi copulasset, tanta diligentia, tamque incredibili studio præceperit Moyse quæcunque necessaria erant, cum ad structuram tabernaculi fœderis, tum ad utensilia quæ diuino cultui fore viderentur necessaria? De opere tabernaculi, inquit: Facies mihi propitiatorium de auro mundissimo: columnæ viginti, & bases æneæ eiusdem numeri, & capita earum cum cœlaturis argentea, cortinas de bysso retorta, & hyacinto, ac purpura coccoque bis tincto, Tū quata cura circa odora menta, vnguentâ pretiosissima omnis generis? Nihil enim fuit, vt mihi videtur, toto naturæ ambitu, quod Sponsus vsibus tabernaculi & diuino cultui non accommodauerit: adeo vt, præter ea quæ diximus, gemmas, lapillos, hyacinthos, Sin iragdas, sacerdotum vestibus inferi iusserit. Ergo Salomon, ad imitationem illius ferculi quod Leuitæ portabant, cum vxorem sibi in matrimonium copularet, voluit ferculum construere, cuius essent argenteæ columnæ, reclinatorium aureum, ascensus purpureus, &c. Causas igitur & rationes, propter quas Sponsus tam sedulo de rebus istis diuino cultui accommodandis statuerit, contemplari fuerit opere pretium. Aduerte igitur, iuter ea quæ Deus contulit homini, quædam vt viueret contulisse, quædam vero, vt iocundè viueret. Cælum, terram, reliquaque elementa, tum cibos necessarios ad vitam tuendam, vinum, aquam, in eam rem ab Sp̄so fuere condita, vt mortalis homo haberet quibus ruentem vitam posset fulcire, & sustentare. Sed multa creauit, quæ non adeo videren-

Exod. 25

Exod. 27

Exod. 30

K 2

tur necessaria ad vitam tuendam, ut gemmas, lapillos, aurum, argentum, muricem, siue purpuram, denique varias pretiosissimi coloris materias: quæ omnia ob eam rem (ut arbitror) ab Sponso inuenta fuerunt, & excogitata, ut homo non tantum viueret, sed iocundè etiam ac suauiter viueret: ut haberet, quibus oculos, gustum, odoratum incredibiliter oblectaret. Ea igitur omnia quæ homini essent necessaria, siue ad viuendum, siue ad delicias vitæ, magno studio (ut sacra refert hystoria) vsibus diuini cultus & tabernaculi accommodauit, adeò ut non solum panem, vinum, oleum, aquam, carnes: sed & aurum & argentum in vsus tabernaculi contulerit. Quibus (ut arbitror) non solum veterem illam Sponsam, sed & nos omnes erudire voluit de rebus magnis, & ad spiritalem vitam tuendam necessarijs. Principiò, ut vetus illa Sponsa, quæ ipsa rerum creatione tam admirabili non excitabatur, ad inuestigandam pulchritudinem Sponsi, nota tabernaculi seu ferculi structura, tum varietate rerum omnium vsibus diuini cultus accommodata, excitaretur in agnitionem Sponsi pulcherrimi. Nam testabatur (ut arbitror) hæc omnia Sponsum cuncta creauisse, non solum quæ necessaria essent ut Sponsa viueret, sed & illa etiam, quæ ut iocundè viueret opus essent. Erat enim tabernaculum fœderis cum omnibus vten-sibilibus veluti Microcosmus quidam, quo res omnes varij generis continerentur. Secundò, Sponsam voluit instruere, qua ratione conditis ab Sponso rebus esset fruendum. Nam Sponsus conditor est, & beneficiarius, qui Sponsæ conatu-

lit omnia: Sponsa verò quæ sola accepit. Nam inter res ab Sponso conditas, nulla est, quæ verè hoc tantum beneficium creationis acceperit, nisi Sponsa ipsa: nam cæteræ res illius vsibus perenni, & irrequieto motu inseruiunt, propter hominem enim cuncta creauit Sponsus. Est itaque Sponsus beneficiarius, sola Sponsa accipit beneficium, quæcunque autem condidit Sponsus rationem doni siue beneficij obtinent. Opus igitur erat, ne Sponsa charissima dono & beneficio tantopere oblectaretur, ut deserto & contempto dulcissimo Sponso, solo beneficio & dono creationis ita esset contenta, ut crederet hoc tanto beneficio, non propter Sponsum, sed propter se fruendum esse. Cum itaque tantam rerum varietatem vsibus templi & tabernaculi accommodauit, erudiebat Sponsam his omnibus. Tertiò, selectissima omnia & pretiosissima in vsus & structuram tabernaculi contulit, adeò, ut columnas argenteas, reclinatorium aureum, ascensum fecerit purpureum, tum gemmas, lapillos, in eandem rem contulerit: ut vetus illa Sponsa intelligeret, instructa & erudita rebus istis, quidquid ipsa expetere potuisset, penes charissimum Sponsum inueniri. Vide quantum oblectamenti humanus animus accipiat, vsu istarum rerum, auro, argento, selectissimis coloribus, varij generis odoramentis: percurrere denique conditas ab Sponso res omnes, quæ ad iocundè viuendum necessariæ sunt: ut diximus, ea omnia, inò multo maiora in vno Sponso compendio inueniri posse, testabatur illa rerum varietas: ita, ut si Sponsa quidpiam expetiuisset istarum rerum ab Sponso

so creaturarū, intelligeret, ad sedandum animum & faciendos appetitus ad vnum Sponsum fore confugiendum. Quo circa regius vates David, cognita & explorata rerum omnium natura, dicebat aliquando. *Psal. 38.* Et nūc quæ est expectatio mea in Dōmine Dominus? Et substantia mea apud te est. Et iterum, Mihi autem adherere Deo bonum est, ponere in Dōmino Deo spem meam, &c. *Psal. 72.* Quarto, & illud Sponsus diligenter structurā tabernaculi seu ferculi significabat, cum res preciosissimas & selectissimas, & structuræ ferculi & tabernaculi vsibus destinabat, quantam ab Sponsa exigeret animi pietatem, quantam in regnitatem vitæ, consumatam & absolutam innocentiam morum: quando circa res ipsas totius sensus rationisque impotes tantum adhibuisset delectum, præcipua ferculi materia de lignis Sethin ex Libano monte aduēctis, quæ & imputribilis esset, nullaque temporis edacitate absumeretur: selectissimas deinde & pretiosissimas columnas argenteas, reclinatorium aureum, (quod inter metalla hæc duo cætera omnia & sint, & habeantur pretiosissima) Cortincas purpureas tinctas murice, eximio & pretiosissimo colore. Poterat itaque Sponsa, his omnibus colligere, quanta cura deberet seipsam ornare, ne oculos offenderet Sponsi. Quinto, quantum attinet ad eas partes ferculi, quas Salomon præsentī carmine proponit, de reclinatorio aureo, ascenso purpureo, præter ea quæ diximus, habent abstrusiores quasdam significationes: nam erant rerum quarundam symbola. Id quod à nobis libro de symbolis Mosaicis est obseruatum. Aurum enim apud præcos ho-

mines rerum cognitionem significabat, quemadmodum argentum rerum à Deo creaturarum notitiā. Ioannes Theologus diuinitatis intimus, *Apoc. 3.* & sine pari contemplator, in Apocalypsi, aurum ignitum censet emendum. Quo loco diuinarum sapientiam, diuinarumque rerum contemplationem significabat. Ob eamque rem Exodi. 25. Sponsus iubet, vt Moses huius seculi reclinatorium, siue propitiatorium faciat aureum, Facies propitiatorium de auro mundissimo inter duos Cherubim aureos & productiles. Nam quoniam ex propitiatorio illo Sponsus Sponsam docebat, & populum Israeliticum per sacerdotes alloquebatur, adeo vt quidam propitiatorio vertant oraculum, quoniam ex propitiatorio illo oracula ederentur: iure reclinatorium siue propitiatorium illud aureum efficit. Inde enim diuinam sapientiam & Sponsi consilia frequenter hauriebat Sponsa. Columnas fecit argenteas præterea, vt diuinas leges, certam constantemque viuendi rationem Sponsa ab Sponso petendam esse cognosceret: sic enim solet diuina Philosophia, diuinas leges argentum purissimum appellare, probatum terræ, purgatum septulum. Postremo, ascensum purpureum fecit, siue, vt habeant Hebræa מַרְפָּטִי hoc est, cortinas in altum appensas & eleuatas, purpureas fecit. Nam quædam bisino colore, quædam coccinæ, hyacinthino alia, alia verò purpureo fuisse infecta ad opus ferculi & tabernaculi, legimus Exodi. 6. *Exod. 26.* Hos autem quatuor colores, rerum omnium prima elementa, primasque materias significare, quibus constaret rerum vniuersitas, à sapientissimis viris obseruatum inuenio: vt populus

pulus ille rudis hoc symbolo intelligeret Sponsum autorem esse & conditorem elementorum, quibus delusa gentilitas diuinos tribuerit honores. Sed quoniã, & apud Prophetas apud Mosẽm presertim colores externi, aut nomina & appellationes colorum varia cõtinebant arcana, non fuerit incongruum dicere, colorem byssinum ardentissimũ amorem exprimere, & flagrantem charitatem, qua Sponsus Sponsam diligit, Sponsa quẽ dulcissimum Sponsum. [Media charitate constrauit.] Media non ita accipiamus, quasi sit adiectiuum: quæ res plerisque deceptit interpretes. Substantiuũ est. Habet enim Hæbreæ. *In* hoc est, medium eius, siue inter media constrauit charitate, siue dilectione. Id si ad ferculum referamus Salomonis, hoc est, a Salomone constructũ, ita locus intelligendus est, quasi medio totius ferculi pavimento, Symbolum quodã aut signum appositum sit amoris, quo vxorem unicã complectabatur: ita, vt quauis multas alias habuisset adolecẽrulas, & concubinas ex filiabus. Ierusalem, hoc dilectionis & amoris symbolo significabat, nullam illarum potuisse de charitate & dilectione Spõsi cũ hac Sponsa certare. Sed mihi semper magis probatur, vt hæc omnia ad opus tabernaculi fœderis referam. *In* habet igitur Spõsus, Exo. 16. mẽsurã Gomor, plenam Manna coram Spõso reponeretur. Nulli dubium, quin intra arcam propitiatorij tabule diuinorum mandatorum includuntur, tum virga Aaron ad dirimendas controuersias, quẽ de sacerdotio veteri inter Israeliticos fuerant exorte. Hæc omnia in testimonium diuinorum beneficiorum, charitatis maxime & dilectionis Sponsi erga

Sponsam fuisse seruata, nemo dubitare possit. Nam quemadmodum Manna in eandem rem iubebat (locus iam citato) seruare, vt nouerint (inquit) pane quo alui vos in solitudine quadraginta annis ita etiã credere par est, & tabulas & virgam eodem consilio intra arcam propitiatorij fuisse reclusa, vt hæc omnia ingentem charitatem Sponsi erga Sponsam declararent. Nam solet Sponsus inter alia opera, illa maxime nobis commendare, & illorum refricare memoriã, quæ ad dilectionem & charitatem pertinent. Testabatur quẽ Sponsi charitatem virga Aaron, qua innumeris potentis & miraculis editis prostrauit Ægyptios & afflixit, vt unicam Sponsam in libertatem assereret. Testabatur Manna incredibilem Sponsi dilectionem, qua Sponsam cœlesti cibo suauissimo simul ac delicatissimo in deserto per quadraginta annos pavit. Sed & tabulas quas Moses accepit in monte ad erudiendam Sponsam, non minoris dilectionis testimonium præbebant. Nam iubasset nihil Sponsam educere e misera seruitute, preciosissimo cibo in deserto pauisse: si non illius rebus spiritualibus cõsuluisset. Curam itaq; & sollicitudinem Sponsi de erudienda & instruenda Spõsa ad pietatẽ, tabule exprimebat: vt his hominibus dilectionis & charitatis testibus, Sponsa nullis temporum curriculum Sponsi beneficia obliuisceretur. Sic enim Sponsus solet creaturas aliquot in testimonium producere, aduersus ingratitudinem Sponsæ, vt Esai. 1. & Moses Deut. 32. Ad eundẽ modũ Christus redemptor noster, vt alia opera mortalib; cõmendat, præcipue tamen illa, quæ dilectionis & charitatis fue-

re. Apud Ioannem diligatis inuicem, sicut dilexi vos, & hoc est præceptum meum. Et iterum: Manete in dilectione mea. Tunc tandem Pater cœlestis, inter cœtera dilectionis signa, vnum illud medium posuit maioris dilectionis & charitatis indicium, Christum scilicet filium vnicum, sublimi in stipite pendentem. Qua charitate & dilectione nulla vnquam possit esse maior. Obeaq; rē, quemadmodum veteri illo ferculo aut tabernaculo signa dilectionis & amoris fuere reposita: ita etiā & singularis huius dilectionis & amoris Christus voluit in omnibus sacramentis manerent vestigia. Baptismus testatur de Christi morte: altaris sacramentum de eadem dilectione & charitate testimonium præbet: sed & in sacramento pœnitentiæ passionis Christi, hoc est dilectionis & charitatis, reficitur memoria, &c. [Propter filias Ierusalem.] Vel à filiabus Ierusalem, vt alij vertunt. Mihi etiā videtur posse verti, supra filias Ierusalem, aut plusquam filias Ierusalem. Habent Hebræa **על פני ירושלים** Quo loco literā Mem, crediderim vicem obtinere comparatiui, iuxta Hebræicæ linguæ consuetudinem. Testabantur proinde ea omnia, quæ ipso propitiatorio reclusa essent, Sponsum vnicam Sponsam, veterem scilicet Synagogam impensius quàm cæteras gentes dilexisse: summumque fuisse hoc dilectionis beneficium, nullis Sponsæ meritis. Nam quod fermen Abrahæ elegit, vocauit, iustificauit, & ad summam dignitatem euexit, summum beneficium fuisse, nemo ambigere possit. Et quoniam inter cætera diuina beneficia, elutio ipsa maxime gratuita esse vide-

tur, nullamque aut nostrorum operum aut meritorum rationem habeat: voluit Sponsus, haberet Sponsa intra arcam propitiatorij aperta & euidentia signa dilectionis huius & electionis, quæ perpetuò illius animum incurrerent, & diuinæ electionis commune facerent nullis meritis, aut operibus sibi debitæ. Ob eamq; rem (vt arbitror) in Deuter. & alijs frequentè huius electionis supra filias Hierusalem, hoc est, præ cæteris gentibus commune faciebat, dicens: Populus sanctus Domino Deo tuo: te elegit dominus Deus tuus, vt sis ei populus peculiaris præ omnibus populis, qui sunt super faciem terræ. Non ob eam rem dilexit te Dominus, quòd plures sitis alijs populis, cum sitis pauciores: sed quia dilexit vos, & seruare voluit iuramentum, quod fecit ad Abraham. Sic etiam & ciuitatem Ierusalem, inter cæteras ciuitates, quas regio Palestina habuit amplissimas, multis alijs beneficijs cumulauit: elegit eam vt Metropolis esset totius regni, verticem imperij, ea ciuitate constituit templum, sacerdotium. Quæ electionis ratio summam Sponsi dilectionem erga ciuitatem illam testabatur, quemadmodum magnam Salomonis & flagrantem charitatem erga vnicam vxorem, quòd illam præ cæteris omnibus filiabus Ierusalem in matrimonium sibi copulauerit. Quocircà Christus redemptor noster, verus Sponsus, inter cætera beneficia, diuinam electionem tanquam maxime gratuitam Apostolis commendabat. Non vos me elegistis (inquit) sed ego elegi vos. Et iterum: Ego vos elegi de mundo. Paulus Apostolus: Quasi diuinorum beneficiorum præcipuum, pri-

mumque fundamentum diuinæ gratiæ recenset diuinam electionem, & prædestinationem. Elegit nos (inquit) ante mundi constitutionem, ut essemus sancti & immaculati, &c. Petrus Apostolus eiusdem electionis Sponsam Christi comminabat, dicens: Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, &c. Quæ omnia isthuc tendunt, ut Sponsa Dei intelligat, nullis suis meritis, præ cæteris adolescentulis, quas pedisequas habet & familiares fuisse ab sponso electam, & in matrimonium copulatam:

*Egredimini, & videte filia Sion Regem Salomonem in diademate quo coronauit eum mater sua in die desponsationis illius, & in die lætitiæ cordis eius.*

Exo. 25

**S**PONSVS à veteri Synagoga Solim coronatus fuit in deserto, cum super arcam sanctuarij, coronam auream imposuere, & quatuor circulos aureos, quasi minores coronas, per quatuor angulos arcæ. Nam corona illa arcæ propitiatorij imposita, nulli dubium esse debeat, quin symbolum fuerit regni & imperij, quod in populum Israeliticum Sponsus obtinisset: neque cuiquam debeat videri mirum, si quam sponsam appellamus, Salomon matrem appellet. Fuit enim populus ille & mater & Sponsa. Nam quemadmodum

Matt. 12

Christus Redemptor noster docuit, ille censendus est Sponsi mater, soror, & frater, qui Patris cælestis voluntatem exequitur. Ac proinde populus Israeliticus, cum legem accepit, tabernaculum Spon-

Exo. 25  
30. 37.

so edificabat, imponebat coronam: denique cum incredibili animi promptitudine diuina mandata exequeretur, mater iure appellatur, quamuis & sponsa, & soror, & frater appellari potuisset. Potest & nomen matris ad arcanam diuinæ incarnationis referri, ut quoniam diuinum verbum ex populo illo carnem accipere statuisset, mater non tantum sponsa dicatur. Chorus itaque adolescentularum quasi Sponsus regio ornata se foras, aut extra cubiculum proripuisset, gentes omnes nomine filiarum Hierusalem ad nouum & admirabile spectaculum inuitant, dicentes: [Egredimini & videte filia Sion, &c.] Diem desponsationis (ut arbitror) appellat eum, quo populus Israeliticus in regem, ducem, legislatorem, Sponsum accepit in deserto. Magna enim fuit desponsationis illius pompa, gloria, & apparatus: nihil præterea videtur defuisse ad veram desponsationis rationem. Principio innotuit veteri Sponsæ Sponsi authoritas, gloria, & maiestas, ne forsan ignoraret, in cuius se commisisset tutelam. Crediderunt Deo, & Moysi seruo eius. Nempè post tot miracula, post varia portenta. Deinde consensus populi illius quærebatur vbi Moses conuocatis maioribus natu, expositisque diuinis legibus institutis, respondit omnis populus simul: cuncta quæ loquutus est dominus, faciemus. Qui & paulò post, solenni facto, duodecim titulorum fabrica, & sanguinis respiratione, ab integro seruandæ legis præstitit consensum: quem rursum Iosue duce bis terque repetitum legimus. Tertio, quo validus esset inter Sponsam & Sponsum contractus

Exo. 14

Exo. 24

Deut. 4.
 ctus, vniuersæ multitudini diuine  
 leges innotuere. Talis enim illius  
 legis promulgatio facta fuit, qua-  
 lis post mundi primordia à nullo  
 mortalium, aut audita fuerit vn-  
 quàm, aut credita. Vbi numero-  
 la sexcentum millia virorum mul-  
 titudo, tot admirandis signis, atq;  
 portentis excitata Sponsi & magni  
 Dei vocem audierit? Interroga (in-  
 quit) de diebus antiquis, qui fue-  
 runt ante te, ex die, quo creauit  
 Dominus Deus tuus hominẽ su-  
 per terram; à summo cœli vsquẽ  
 ad summum eius: si facta est, ali-  
 quando huiusmodi res, vt audiret  
 populus vocem Domini Dei lo-  
 quentis, sicut tu audisti & vidisti.  
 Quæcunque igitur ad nuptias ce-  
 lebrandas videbantur necessaria,  
 hæc omnia eo tempore gesta vi-  
 demus. Quod si hæc ad Salomo-  
 nem Regem referamus, non minus  
 constabit integer huius loci sensus.  
3. Reg. 8.
 Cum Salomon arcam, seu ferculũ  
 in templum intulit, non sine sum-  
 mo honore & gaudio, & orauit, &  
 gratias egit, & festum egit diem.  
 Conuocatis autem senioribus po-  
 puli, & eos qui primores erant, &  
 principes populi, adduxerunt ar-  
 cam fœderis de ciuitate Dauid, quæ  
 est Syon, in mense Ethanim, qui est  
 mensis septimus. Igitur quoniam  
 Salomon omnia capita tribuum ad  
 diem solennem inuitauit, iuuen-  
 læ, quasi præconis voce illas Salo-  
 mon excitaret, dicunt. [Egredimini  
 & videte filia Syon] vt per filias in-  
 telligas, non solum proceres populi  
 illus: sed & vniuersum populum  
 Israeliticum. Inuitat igitur filias He-  
 rusalem, vt verum Salomonem &  
 Sponsum videant incredibili pom-  
 pa, & apparatu ingredientem, redi-  
 mitum, corona, quæ vetus Synagoga

illum (vt diximus) coronauit. Et  
 quoniam dies ille festus nuptiarum  
 etiam & desponsationis erat, diem  
 desponsationis cum appellat, quo  
 populus ille Sponsum Deum, ite-  
 rum nouo consensu, in coniugem et  
 maritum veluti accepit. Obeamque  
 rem veteres etiam nuptias, & anti-  
 quam cum Sponso coniunctionem,  
 in mentem reuocabat Salomon di-  
 cens: Ab eo die, quo eduxi populũ  
 meum de Ægypto. Multaque pu-  
 blica precatioe ex libro Exod.  
 Deute. desumpsit, quæ memoriã  
 refrearent prioris illius dispensatio-  
 nis. Eandẽ diem lætitiæ & profusio-  
 ris gaudij appellat. Nam fecit Salo-  
 mon eo tempore, totusque cœtus  
 Israel solennitatem celebrem se-  
 ptenis diebus, nempe quatuorde-  
 cim, magna pœpa & apparatu, vni-  
 uersique Israelitæ qui ad diem de-  
 sponsationis mandato regis conue-  
 nerant, lætantes & hilari corde abi-  
 runt, in loca sua. Siue ad priora illa  
 tempora, cum Sponsa in deserto  
 Sponso fuit copulata, siue ad solen-  
 nitatis diem, qua Salomon tanta  
 gloria & maiestate ferculum, siue  
 arcam fœderis in templũ intulit, si-  
 ue ad vtrunque hæc verba refera-  
 mus: verum & germanum huius lo-  
 ci sensum liceat eruere. Quibus sa-  
 tis datur intelligi, Sponsum ma-  
 gnopere ab initio curauisse, multis  
 variisque rationibus homines sibi  
 copulare, cum nuptiarum instar  
 quasi coniugium cum hominibus cele-  
 brat, eum tempore Mosis, tum Salo-  
 monis ætate. Quod enim desponsa-  
 tionem appellat antiquam populi  
 Israelitici cum Deo coniunctionem,  
 tum & secundas illas nuptias, quas  
 Salomonis ætate exædificato tem-  
 plo celebravit, profusam in homi-  
 nes benevolentiam declarat, cum

semel & iterum his omnibus rebus prouocabat illos, & excitabat in sui amorem: & quò dilectionem Sponsi erga Sponsam tenerissimam & incredibilem fuisse intelligamus, solènes illos dies, dies desponsationis appellat. Dies præterea solemnitatis & lætitiæ cordis, vt profusissimum intelligas gaudium. Nam si *Luc. 15.* gaudium est in cœlo (vt inquit Christus Iesus apud Lucam Euangelistam, ca. 15. super vno peccatore penitentiam agente: quantum erit Sponsi gaudium, quantaque lætitia cordis aut animi, cum gentes innumeras & propè infinitas per gratiam & charitatem sibi copulatas videat? Sed quamuis prisceis illis temporibus Sponsus & gloriosus, & admirabilis apparuerit, non solum in deserto, sed & Salomonis ætate, propter eam, quã adduximus causam: sed multò magis gloriosus & admirandus omnibus apparuit, cum esset in postrema humilitate. Voluit antiquitùs gloriosus videri, adeò vt ad nouitatem Dei inspiciendam, gentes omnes vndiq; excitarentur: sed nondùm ostendebat Sponsus, quæ esset illius gloria, maiestas, & amplitudo. Nam cum assumpta carne in tam postrema egestate & indigentia, diuitias amplissimas ostentabat: in tanta fragilitate eximiam & admirabilem virtutem: in nulla humana eruditione, diuinam declarabat sapientiam: tum verò maximè dignus, qui ab omnibus conspiceretur intentis oculis: cum exijt spinea corona redimitus, cum baiulans sibi crucem: *Mar. 15.* in locum Caluarie, in sublimem stipitem euectus, Sponsam Ecclesiam *Ioan. 19.* Deo copulauit. Verè gloriosus apparuit Spōsus, in tanta humilitate,

& tam postrema deiectione. Nam & Ioannes Euangelista, iuxta Christostomi sententiam, contumelias illas, coronam spineam, crucem, alapas, reliquaque id genus alia, gloriam appellat, dicens: Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre, plenum gratiæ & veritatis. *Ioan. 1.* Cum enim ab hominibus Sponso defertur regnum, vltroq; imponitur corona, vt tempore Moysi, & Salomonis ætate: nondum declarabat quæ esset eius virtus, potentia, robur, gloria. Cum verò totus mūdus pugnat aduersus illum, vt illi coronam detrahat, adimat dignitatem, lædat honorem & æstimationem, tunc maximè gloriam suam manifestat: cum ex contemptu gloriam, ex ignominia decus, ex opprobrijs celebre nomen & immortale sequitur: quæ omnia Christus verus Spōsus redimitus spinea corona, & opprobrijs saturatus tandem consequutus est. Quod & Paulus admiratus, dixit: Christus humiliavit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, mortē autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illū, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris. Hanc ergo diem desponsationis appellat, qua spinea corona multatus, cæsus, flagris alapis percussus, in sublime patibulum erigitur. Nam ea die Sponsa amplissimam dotem adduxit, vt cum Deo matrimonio copularetur. Tunc sanguis *Mat. 27.* Christi Iesu, tunc Sacramentorum virtutes, gratia, charitas, remissio peccati Spōsæ solo Christi beneficio



Mar. 15. cio contingere : quibus ornamen-  
 tis prædita & instructa in gra-  
 tiam & amicitiam Sponsi Dei po-  
 tuit venire : non solum diem de-  
 sponsationis illum appellat : sed  
 Luc. 23. & lætitiæ & gaudij inenarrabi-  
 lis. Nam tametsi tota natura ha-  
 bitum imutauerit , vt mortem  
 conditoris testaretur , & atrox fla-  
 gitium impiæ synagogæ declara-  
 ret , & sponsus ipse iuxta huma-  
 nam naturam vehementer tristare-  
 tur : sed audeo dicere , ex altera par-  
 te nunquam tantopere dulcissi-  
 mum Sponsum fuisse lætatū , quàm  
 cum videret , sua morte Sponsam  
 ab imperio peccati & mortis , in  
 libertatem assertam , peccatum  
 depulsum , profligatam mortem ,  
 Sponsam Deo reconciliatam , Pa-  
 rentis cœlestis honorem & digni-  
 tatem à contemptu vindicatam.

Deo per certam & constantem re-  
 ligionem. Collaudat autem Spon-  
 sam non sine Anadiplosi , id  
 quod ad rem exaggerandam ,  
 magnum habet pondus & momen-  
 tum. Principio attende , proprias  
 virtutes non esse iactandas , nec  
 de bonis operibus gloriandum ,  
 sed Sponsi semper iudicium om-  
 nibus in rebus expectandum.  
 Christus magister vitæ hortatur  
 Christianos homines , ieiunent ,  
 orationibus incumbant , elec-  
 mosynas largiantur. Horum au-  
 tem omnium & cuiusuis alte-  
 rius operis pietatis iubet Deum tan-  
 tum spectatorem & iudicem habea-  
 mus. Cum oraueris (inquit) intra  
 cubiculum tuum , & clauso o-  
 rtio ora Patrem tuum . Et  
 paulò superius de eleemosyna .  
 Cum facis eleemosynam , noli tū-  
 ba canere ante te. Idem & de ie-  
 iunio : & subdit statim : Et Pater  
 tuus , qui videt in abscondito red-  
 det tibi. Mercedem (inquit) re-  
 pendet , singulaque pietatis ope-  
 ra , quæ in abscondito feceris , si-  
 eum iudicem constituas , ipse pen-  
 sabit , non solum ventura feeli-  
 citate , & vita sed adhuc dum  
 in corpore egeris. Solet enim Spon-  
 sus vltro sponteque multis lau-  
 dibus celebrare prorum hominum  
 opera . Quibus encomijs extulit  
 sanctissimum Iob , dicens ad Sa-  
 than : Nunquid considerasti ser-  
 uum meum Iob , quod non sit ei  
 similis in terra ? &c . Idem de  
 Noe , David , de sancto Abra-  
 ham . Et Christus Redemptor no-  
 ster , cum Nathanaelem intueretur ,  
 cuius admirabiles virtutes , animi  
 ipsius recessibus occultatas scie-  
 bat , eas in publicum extulit , dicens :  
 Ecce

CAPVT QVARTVM.

QVAM pulchra es amica mea ,  
 quam pulchra es. Oculi tui co-  
 lumbarum , absque eo quod intrinse-  
 cus later.



XHIBET  
 Sponsus Spon-  
 sam contemplan-  
 dam , eximiam  
 illius venusta-  
 tem depingens :  
 qua profopo-  
 graphia ostenditur , quibus virtuti-  
 bus oporteat esse præditos bea-  
 titudinis candidatos , & vnitos

102a.1 Ecce verè Israelita, in quo dolus nō est. Si ergò cupiditate laudis & gloriæ mortales ducimur, non illa est vera laus, nec solida, quæ ab humano iudicio proficiscitur. Tum verò laudatur quispiam, cum ab Sponso laudatur, quemadmodū presenti carmine. Est & illa ratio, quæ nos maximè à proprijs laudibus debeat cohibere: quòd vix contingat, cum vel nos ipsi vel alius quispiam mortalium nos collaudat, fugere errorem: tum propter corruptionem iudiciorum, tum quòd proprius amor & priuatus affectus frequentèr nobis soleant imponere. Obeamque rem Christ⁹.

Lucæ. 16 R. N. dixit. Cùm hæc omnia feceritis, dicite: Serui inutiles sumus, quòd debuimus facere fecimus. Ad deò non sunt bona opera iactanda, adeò non est de illis gloriandum, vt ipsorum operum tenuitas potius nos cohibere, & coercere debeat.

1. Co. 10. Vnde & Paulus cùm ad hoc philosophiæ genus Christianos hortaretur, dicebat: Qui gloriatur in Dño gloriatur, &c. Ille enim probatus est, non qui seipsum commendat, sed qui à Deo potius comendatur, qui errare non potest, non labi, non hallucinari. Deinde, vt quædam sint, quæ homines agnoscamus bona sint necne, de quibus possimus statuere (quanuis hoc mihi videatur difficillimum) multa tamè sunt, quæ nos lateant, de quibus iudicare citra periculum non possimus.

1. Co. 4 Obeamque rem Paulus humana iudicia cohibebat, dicēs: Nolite ante tempus iudicare. Expectandum enim est Domini iudicium, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Quasi dicat Paulus: Paucissima sunt, ac penè nulla, de quibus huma-

num iudicium statuere possit. Nam quæ nobis videntur manifestissima, hæc longo tenebrarum recessu iacent abscondita: ille solus possit consilia cordium aperire, atque profundissima caligine immerfa in lucem producere. Tunc (inquit) vera laus erit vnicuique à Deo. Nam humanæ laudes falsæ sunt, & vt in plurimum eum mendatio coniuncte, propter eas quas adduximus causas. Illa vera laus censenda est, quæ ab illius ore proficiscitur, qui densissimas tenebras dispellere possit, & occultissima quæque cordium aperire. Quo circa maturo consilio Sponsa se ipsam non commendat. Nam tamen de operibus externis certum posset ferre iudicium, interiora tamen ille solus nouerat, qui inquit. [Oculi tui columbarum, absque eo quod intrinsecus latet.] David. Psal. 18. Ab occultis meis munda me. Paul⁹. Nihil mihi conscius sum, &c. & Ne que me ipsum iudico: qui autem iudicat me, Dominus est. Collaudat proinde Sponsus charissimam Spōsam singulari quodam & admirabili artificio: singula illius membra contemplanda proponit, quibus potissimum elucet ipsa venustatis & pulchritudinis ratio. Sed vt celebre carmen & encomium diuinum exactius intelligamus, illud est aduertendum, frequens esse apud Paulum Apostolum, duplicem esse hominem, alterum spiritalem, alterum vero animale: alterum interiorem, & exteriolem alterum. Quemadmodum autem exterior hic homo certis quibusdam membris constat, quibus totum corpus absoluitur: ita & spiritalis ille homo & interior sua habet membra, quam

quamuis Spiritalia, quibus totus ille interior homo perficitur. Paulus multa de re ista. Igitur sicut exterioris hominis pulchritudo nascitur omnium partium consensu & concinnitate: ita etiã interior illa venustas partium, hoc est virtutum omnium consensu, constabit. Sic enim exterior homo fluxa illa & peritura pulchritudine formosus censetur & elegans: quid verò de interiori statuendum sit. Inter eas autem partes, quibus interior hic homo perficitur, prima præcipuaque habenda est prudentia. Quæ virtus in vita ipsa spiritali primum obtinet locum. Nam vt oculi in humano corpore inter cætera membra primas obtinēt, & principes habentur, non secus prudentia ipsa in interiori homine, aut inter mēbra huius hominis spiritalis. Est oculorum munus in corpore humano, cætera membra ducere, gubernare, alijsque membris lucem inferre. Prudentiæ verò proprium munus cæteras omnes virtutes dirigere, & illis inferre lucem, vt qua sit via ad virtutis finem & scopū progrediendum, homo spiritalis agnoscat. Et vt oculi in homine exteriori à longè prospiciunt, quæcunque homini fugienda sunt, quæ sint prosequenda: ita & prudentia. Quo circa cum Sponsus oculos Sponsæ collaudat, intelligas oportet, eximiam illius prudentiam multis laudibus celebrare. Sed duplex cum sit prudentia, altera animalis hominis, altera verò spiritalis, maturo satis cōfilio Sponsus Spōsæ prudentiam cōmendans nomine oculorum, eosdem oculos columbinos appellat, [Oculi (inquit) tui columbarum.] Sunt filij huius seculi prudentiores, filijs lucis in generationibus suis,

Luc. 16.

vt Christus dixit: sed est hoc genus prudentiæ cum astutia quadam cōiunctum: imò potius astutia quam prudentia sit appellanda. Nam prudentia illa, quæ hominem Spiritalem venustum & pulchrum debeat efficere, cum sinceritate columbina debeat esse coniuncta: alioquin turpem Sponsus illam animam iudicabit, quæ prudentiam illam esse assequuta. Christus R. N. cum discipulos ad invulgandas euangelicas leges primò mitteret, ad prudentiam istam amplectendam, vehementer illos hortabatur. Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Hæc enim prudentia Sponsam venustissimam possit efficere, quæ cum sinceritate columbina cōiuncta est. Hæc Salomonis verba ad veterem illam Sponsam, Synagogam scilicet, possunt referri, eo maxime tempore, quo diuina mandata excepit, Sponsus fidem adhibuit, & ad illius imperium totam vitæ rationem componebat. Nam columbinos oculos nusquam habuit Sponsa, anteaquam diuinas accepisset leges, & Sponsi mandata opere exequeretur. Siquidem prudentia ista Christiana. De qua diximus, studio diuinæ legis assequitur spiritalis homo, nam prudentia fidei à sinceritate proficiscitur, fides ex auditu, auditus per verbum Dei. Eoue autores omnes prohanos, qui de prudentia longas texuere disputationes, prudentiam istam cum sinceritate columbina diutina exercitatione & studio nunquam assequeris. [Absque eo, quod intrinsecus latet.] Hoc loquendi modo frequenter significamus, plura nos silentio prætermittere, quæ sint multo maiora his rebus, quas laudibus celebramus. Veluti cum dicimus, vir iste præstat

Math. 10

Exo. 14

Rom. 16

cor-

corporis forma, stemmatis nobilitate, vultus decore, diuitiarum abundantia, vt interim taceam interioribus eius animi dotes. Huic sensui satis cōsona esse videtur Græca editio: quæ habet ἐκτὸς τῆς (σωπῆσεως, idest, extra silentiū tuum. Id est, præter id omne, quod silētur: exceptis ijs omnibus quæ de tua pulchritudine & ornatu interiori silentur. Hæc dixit Sponsus, ne quispiam putaret, pulchritudinem Sponsæ paucis illis verbis explicatam. Hebræa habent **עַיְנֶיךָ לְצִיפֹתַי** Id est, oculi tui columbarum ex crine tuo. Quasi dicat: Oculi tui columbini extracomam promicantes. Nam **צִיפ** crinem, siue comam significat. Quauis Rabbi Iona (teste Rabbi David) in libro de radicibus verterit, velū: vt sit sensus: Oculi tui columbarum intra velum tuum; quo facies Sponsæ propter eximiam illius honestatem operta erat.

*Capilli tui sicut greges caprarum, quæ ascenderunt de monte Galaad.*

Quantum decoris sceminis addat capillitium, præsertim si prolixum, si multum, si optimo colore, si bene dispositum sit, nemo est qui ambigat. Id expressit eleganter qui dixit:

Turpe pecus mutilum, turpis sine gramine campus,

Et sine fronde frutex, & sine crine caput.

Vnde & Ouidius:

Nec faciem, nec te pigeat laudare capillos.

Hinc apud Esaiam: Erit pro crispante crine caluitium. Et apud 1. Cor. 11 Paulū Apostolum ad Corinth. scribentem, tam frequens mentio de sceminarum capillis, & coma illis natura data tanquam maximo or-

namēto. Vt igitur superiori carmine Sponsæ columbinam prudentiam celebrabat, ita etiam & præsentis carmine ipsam cogitationum compositionem, siue cogitationes compositas. Id verò elegantissimè expressit nomine capillorum. Nam caput esse cogitationum domicilium prodit Aristotel. prodit etiam Plato, vt alios philosophos prætermittamus, qui de hac re multa & copiosè & eruditè tradidere. Mons autem Galaad (est enim similitudo quædam pastorica) pascendis pecoribus est aptissimus, nimium vicin⁹ montibus Basam, cuius vbertas in Scripturis sacris celebris admodum est, dicente Mose: Butyrum de armento, & lac de ouibus, cum adipe agnorum & arietum filiorum Basam. Est igitur sensus: Capilli tui sicut greges caprarum, quæ de monte Galaad ascenderunt: Vt intelligas multos greges frequentes, tum & capras ipsas pexas propter contactum, collisionemque sylvarum, ita vt nitidissimi sint atque pulcherrimi. Est itaque vt difficillimum: ita etiam & magna cum laude coniunctum, virtutem istam assequi, qua Sponsus charissimam Spōsam commendat: componere scilicet mentis cogitatus. Nam requiem illam siue quietudinem mentis quam Christus pollicetur suis, paucissimi sanè assequuntur. Hoc enim proprium est huius hominis spiritalis, quem Sponsus nobis proponit cōtemplandum. Nam animalis homo adeo capillos, ipsas scilicet mentis cogitationes compositas non habet, vt insano & perturbationis pleno studio sursum deorsumque iactetur: ita vt pexum capillitium nunquā habeat, ne quæ animo verè tranquillo & placido esse possit. Esai. Improbi sicut mare

Deut. 31

Esai. 57  
conci-

cōcitati sunt, quod sedari nequit. Nūquam enim quiete viuere possunt: tumultuātur, & importanti per omnia ruunt, & volitant. Ad illam autem mentis quietudinem, & compositionem cogitatuū nusquā peruenire possunt. Hæc est illa animi Euthymia, de qua Stoici & Democritus multa dixerunt: sapientem sola virtute debere esse contentum: nihil homini extrā se querendum: solum sapientem esse diuitem: virtutem solum ad bene beateque viuendum sufficere. Sed istam cogitatum compositionem, quæ Sponsam efficit pulcherrimam, humanus animus assequi haud possit, nisi mortificationes illas Paulinas probe teneat & vehementius complectatur. Quis enim qui se mortuum reputet non illico suis cogitationibus modum imponat, & illas moderetur? Quis cum Christo moriatur (vt Paulus iubet) qui non perturbationes illas scelerati animi vehementer refugiat? Ita quæ inquit Paulus. Reputate vos & mortuos quidem peccato. Et iterum. Verus noster homo crucifixus est cum illo, &c. Sed vt capillos Sponse oportet esse compositos, ita etiam blandos, tenues, & tractabiles ad omnem nutum sponsi, sicut ad flatum venti. Sunt enim capilli sine carne ad omnem insensibiles iniuriam, nusquam instrumenti cuiusdam sentiunt lesionem, tamen si condeantur: in hoc tantum passionis sustinentes molestias, si e capite, cui inhære, euelli contingat. Pondera, de his qui se Sponso non solum compositos, sed & blandos & tractabiles præbent. De Paulo Apostolo, cuius vitam Christus moderabatur. De sancto David: Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum, &c.

*Dentes tui sicut greges tōsarum, que ascenderunt de lauacro, omnes gemellis facibus, & sterilis non est in tereas.*

**H**abet spiritualis ille homo, quæ superius cœpimus depingere, vt oculos & capillos, ita etiam & dentes. Quis sit autem vsus dentiu, aut cur spirituali homini ab Sponso tribuatur, ex corporeis ipsis dentibus cognoscere non erit difficile. Dentes animati a natura tributos, primo vt cibū molientes cōficiat, quod hæc sit ex digestio nibus prima, statuit periti artis medicæ. Nā dentes homini tributos tum vt cæteros inuadāt, tum vt ad propulsandū vim aliquā suggerāt, vt quidā inepte ad inuestigandū huius loci germanū sensum, nemo qui metis sit cōpos credere possit. Datos verò ad cibi necessitatē, facile erit colligere, si precipuos dentes, quorū est digerere & dissecare, qui lati utriusque sunt, & acuminati, vt munus suū implere possint facilius, siue ite eos, qui cibū cōficiūt, planā nacti latitudinē ad eum vsum aduertamus. Dentibus secundo inesse sentiēdi vim abunde Galenus docuit: quia sint illorū radicibus adiuncti nerui, quibus sensus facultas comparatur. Auicenna in ea videtur fuisse sententia, dentes propria substantia sentire, quoniam dentes interdum dolere significat intima aliqua causa. Non esse verò dolorem cuius non sit sensus, vtunque calidi, aut frigidi sensus adesse dentibus credi par est: quamuis humidum, siccum, durum, mole, asperum, lene, haud sentiant. Quæ causa sit, quod dentes calidum & frigidum dumtaxat persentiant, Physicis relinquo inuestigandum, quam

Rom. 6.

Galenus

Auicenna  
na. 37.

Psal. 118

Concilii. 43. quàm abundè excussit differentiam  
 conciliator. Tertio, si dentes crebri  
 sint, densi, bene compacti, prælagiū  
 productioris vitæ esset credidit Ari-  
 sto. nā quibus rariiores fuerint, haud  
 ita diu viuere opinatur. Debeat igitur  
 germanus huius loci sensus ex  
 his omnibus erui, præsertim si addas,  
 dentium candorem stomachi validā  
 vim & caloris potentiam subindica-  
 re. Habet itaque hic spiritalis homo  
 primò dentes, ad conficiēdos cibos.  
 Hæc velim intelligas dicta de popu-  
 lo Israëlitico, postquàm Ægyptum  
 egressi diuinas leges, mandata Spon-  
 si, cœlestesque cibos quasi dentibus  
 interioris hominis cœpit conficere.  
 Nā cum in Ægypto versaretur, edē-  
 rulus erat, neque cibos spiritales con-  
 ficere poterat: adeo vt, dicente Spon-  
 so. Hæc dices populo meo: qui est  
 misit me ad vos: dixerit Moses: Si mi-  
 hi dixerint, &c. Postquā verò ex sen-  
 sibus animalis cœpit ad spiritū trā-  
 sire, sensim vires collegit ad commo-  
 liendum, & quasi dentibus manden-  
 dum cœlestes cibos. Sed cum popu-  
 lus ille nusquā penè infantiam ex-  
 cesserit, nunquā pueritiam exue-  
 rit, neque ad maturam ætatem per-  
 uenerit. Tamen vmbra quædam ve-  
 ritatis & spiritalis huius hominis,  
 quem Sponsus depingit, emicauerit  
 in populo illo, & veteri Sponsa. Re-  
 ctius tamen accommodabitur spiri-  
 tuali homini totus hic versiculus, de  
 quo Paul. multis in locis. Animalis  
 homo (inquit) non percipit ea,  
 quæ sunt spiritus Dei, stultitia enim  
 est illi, & non potest intelligere, quò-  
 niā spiritaliter examinatur. Vt enim  
 spiritalis homo dentes habet, quibus  
 potest diuina, quasi cibos conficere:  
 ita & animalis, edentulus est adeo vt  
 percipere, quasi dicas mandere non  
 possit ea quæ sunt spiritus Dei. Nec

mirum est, siquidem animalis homo  
 ille est, qui omnia sensibus humana-  
 que ratione metitur, non ille dumta-  
 xat, qui crassioribus peccatis dat ope-  
 ram. Quemadmodum ergo si quis-  
 iam corporeis oculis cœlorum pe-  
 rennes motus comprehendere nite-  
 retur, stultus esset habendus, multo  
 magis si neque rationi, neque euidenti-  
 bus acquiesceret argumētis (is enim  
 edentulus foret habendus, vt pote qui  
 neque dentes haberet ad conficien-  
 dos cibos, quibus ratio ipsa substēta-  
 tur, atque nutritur) ad eundem mo-  
 dum animalis homo diuina, ratione  
 nititur comprehendere: quæ verò re-  
 uelatione & Fide sibi proponuntur,  
 ea non percipit, & quasi edentulus  
 sit, mandere non potest. Existimat  
 enim diuina cibos non esse ratione  
 humanæ conuenientes: ob eamque  
 rem, stultum iudicat ea credere, quæ  
 ratio non suggerit. Sed cum Paul. in-  
 quit, stultitia est illi: satis indicat, id  
 non contingere ciborum natura,  
 sed vitio potius hominis animalis  
 qui dentes non habeat. Et nō potest  
 (inquit) intelligere, quia spiritaliter  
 examinatur. Quasi dixerit: examen  
 rerum spiritale est, cibi sunt spirita-  
 les, ob eamque rem, rationis dētibz  
 confici non possunt. Nam ipsa rerū  
 magnitudo nostræ mentis imbecilli-  
 tatem maiorem in modum exupe-  
 rat. Habet proinde spiritalis homo  
 dentes quibus cœlestes cibos, & diui-  
 na quæque cōmandat. Secundo, &  
 dentes habet hic spiritalis homo, qui  
 primum ciborum sensum excipiant,  
 vt diximus de calido & frigido. Nā  
 postquàm de animali homine Paul.  
 differuit, statim subiungit. Quis cog-  
 nouit sensum Dei? Nos autem (in-  
 quit) sensum Christi habemus, vt scia-  
 mus quæ à Deo donata sunt nobis.  
 Spiritalis homo edentulus non est.  
 Per-

Perſentit enim diuina, ſcit optime  
 quæ acceperit ab Sponſo donâ, quæ  
 ſpiritalis vitæ ornamenta. Cùm e-  
 nim ſenſum Chriſti dixit Paulus, in-  
 telligas oportet, exploſſam huma-  
 nam ſapientiam, quæ dētes iſtos ad  
 conficiendum diuina nō habet. Ob-  
 camque rem, vt homo animalis de  
 diuinis rebus nihil poſſit ſtatuerē,  
 nē certum aliquod facere iudiciū:  
 ita etiam & ſpiritalis homo, qui ſen-  
 ſum Chriſti habet, diiudicare poſ-  
 ſit de diuinis arcanis. Nā ſeſus Chri-  
 ſti idem eſt, quod ſpiritalis, diuinus,  
 nihil habens cum carne commune.  
 Indicat proinde (quia dentes habet,  
 quibus in eſt primus ciborū ſenſus)  
 quæ ſit præſentium rerum natura,  
 quæ futurorum dignitas, qua pēna  
 peccatores afficiantur, quo præmio  
 coronētur iuſti. Tertio: ſed etſi ſpiri-  
 talis homo, ſiue pulcherrima Spon-  
 ſa, dentes habeat, non ſatis eſt, niſi  
 perſimiles ſint gregibus ouium tō-  
 ſarum, quæ aſcenderunt de lauacro,  
 quibus ſint gemelli fœtus, ita vt nul-  
 la ſit inter eas ſterilis, quemadmo-  
 dum fertur de ouibus Iacob, cum  
 greges paſceret Laban ſoceri ſui.  
 Cùm greges dixit Sponſus, ouium  
 intellige frequentiam, & multitudi-  
 nem conſtipatam. Cùm gemellos fœ-  
 tus: dentium æquabilitatem. Cùm  
 nullam ouium ſterilem eſſe: nul-  
 los illi dentes deſuiſſe: quod fœ-  
 minis eſt ſingularis nota defor-  
 mitatis. Nam ſi ſpiritalis homo den-  
 tes habeat, ſed inæquales, & qui ma-  
 gnos patiantur hiatus, neque ſibi in  
 uicem coheræant omnes: nondum  
 poſſit Sponſo videri pulcher, aut ve-  
 nuſtus. Sunt enim pleriq; qui de nō  
 nullis rebus exacte iudicāt, cū malia-  
 rum iudicio cæcutiant miſeri, & hal-  
 lucinētur. Liceat inuenire quosdā,  
 qui de pecunijs iſtam ferant ſenten-

tiam: viles eſſe, & contemptibiles,  
 & indignas, vt illarum ſtudio qui  
 ſapiens eſt teneatur: ſi autem de vo-  
 luptatibus carnis agitur, ſi de mun-  
 di pompa & faſtu, in his rebus exi-  
 ſtimant ſummam hominis ſœlicita-  
 tem ſitam. Sunt qui diuina manda-  
 ta de obſeruatione feſtorum, de nō  
 iurando temere, diligenter exequā-  
 tur: at verò non lædere famā pro-  
 ximi, vxorem alienam non aſpicere  
 petulātū oculo, non deſiſtant, aut  
 pronihilo ducant. At qui Sponſa dē-  
 tes debeat habere, ſed crebros, &  
 equales, ita vt perſimiles ſint gregi-  
 bus ouium tonſarum mira æquabi-  
 litate, quæ omnes habeant gemel-  
 los fœtus, quarum nulla ſit ſterilis.  
 Quarto, candidos eſſe oportet, in-  
 ſtar ouium recenter tonſarum.  
 Quod autē inquit [Quæ aſcenderūt  
 de lauacro,] ex arte fuit paſtoria de  
 ſumprū. Inquit Columela. Ouis de  
 tonſa vngi debeat ſucco excocti lū-  
 pini, veterisque vini fece, & amurca  
 pari menſura commixtis. Quæ, vbi  
 per triduū delibuto tergore, medi-  
 camina perbiberit, quarto die (in-  
 quit) ſi eſt vicinia maris, ad litt<sup>9</sup> de-  
 ducta mergatur: ſi minus, cœleſtis  
 aqua ſub dio ſalibus in hunc uſum  
 durata paulum decoquitur, eaq;  
 grex perluitur. Hoc modo curatum  
 pecus, toto anno ſcabrum fieri non  
 poeſt, vt Celfus etiā affirmat. Nec  
 dubium eſt, quin ob eam rem laua,  
 vt mollior atque prolixior, ita etiā  
 candidior naſcatur. Itaque non po-  
 tuit quidpiam à paſtore accommo-  
 datius dici, quàm dentes Sponſæ  
 ouibus eſſe perſimiles, quæ aſcende-  
 runt de lauacro, quæ & candidiſſi-  
 mæ efficiuntur, & nullam habent  
 ſcabritiem. Dentes igitur Sponſæ  
 candidos eſſe oportet, nullam habē-  
 tes ſcabritiem. Oportet enim eum,  
 L qui

Colu. li:  
 7. de re  
 ruſti. c. 4.

Celfus.

Gen. 32

qui velit propter pulchritudinem istam spiritalem Sponsæ probari, nihil aut veteris nigredinis, aut scabritiei retinere. Nam & olim verus illa Sponsa, quæ cum indibertatem esset asserta, seruitutem Ægyptiam expetebat: & cum Manna gratissimum cibum ederet, alios cibos vehementius cupiebat: dentes quidem habebat: sed neque candidos, neque sine scabritie. Vt enim **Exo 16,** oues velleribus exonerantur, mundissimæque lauacris efficiuntur, ad eundem modum oportet, Sponsa dentes habeat veteri scabritie exoneratos, nihil habentes antiquæ nigredinis.

*Labia tua sicut vitæ coccinea, & eloquium tuum dulce.*

**P**ost commédationem Sponsæ, ab oculis primum, deinde à capillis & dentibus, nunc tandem ad labiorum commendationem digreditur. Habet autem Spiritalis homo, vt oculos, capillos, dentes, ita etiam & labia, quæ inter membra Sponsæ non inferiorè obtinent locum. Labia autem in homine insignem præter cætera membra rationem habent. In brutis quippe dentium modo hæc tegumenta sunt, & veluti procestria quædam: hominibus tamen ad formandas voces, mirabile suggerunt adiumentum. Denique mollia & carnosa ab artifice Deo fuere efficta. Vt enim humana lingua duplici fungitur munere, conceptus animi enūciando, & saporum vim per sentiendo: ad eundem modum, neque labiorum simplex functio est: sed dentes quidem cum decore contingunt plurimo, tum loquutionem magis præstant articulatam. Ea namque

conflatur ex literis: quarum enuntiatio & obtruncata, & mirum in modum obturbata, neque intelligibilis prestatetur, nisi ad hanc rationem labra, linguamque conformasset artificis infinita prouidentia. Igitur ab hac secunda functione, qua scilicet labia ad formandas voces magnum præbent adiumentum, venuste & eleganter diuina philosophia frequenter labiorum appellationem usurpat, ad experimentos varios animi conceptus. Sæpe labium pro lingua accipitur, & loquella, & pro idiomatice. **Gen. 11.** Et erat omnis terra labij vni. Eodè capite. Cōfundamus labium illorum, pro vocibus, ne alter alterius scilicet voces intelligat. Et labium pollutum appellat, vel impurum, quod ea tantum loquitur, quæ carni & affectibus probantur. **Esai.** populum suum labij esse pollutum confessus est, quod non vt Seraphim dominum collaudassent, sanctumque celebrassent. Iuxta eandem proprietatem **Soph. 3.** Labium electum vocatur, quod iugiter celebrat bonitatem Domini, **Iob.** virum labiorum, eloquentem hominem vocat, cuius dictio sit & fusa & splendida. Quo circa **Moses** minus se idoneum ad loquendum significat, cum se in circuncisum labijs appellabat. **Exod. 6.** Adeoque hæc ratio metaphoræ diuino Spiritui placuit, vt genus omne doctrinæ & sapientiæ labiorum nomine complectatur. Vt in Psalmis arrogantium hominum & impiorum illa sententia est: Labia nostra à nobis sunt: quis noster dominus est. **Psal. 16.** Labia dolosa in Scripturis sacris animum dolosum & fictum significat. **Psal. 11.** Sic **Dauid** in corde orat: Non in labijs dolosis. **Esaias:** Populus hic labijs me honorat, hoc est, per meras deceptiones, & adulationes semper loquitur.



loquitur. Hæc sunt à nobis dicta, vt quisque intelligat, quid labiorum nomine, iuxta proprietatem sanctarum Scripturarum præsentis carmine Sponsus intelligat: quoniam labia ad sermonem & loquutionem Sponsæ sunt maxime referenda: Dicturus igitur de sermone Spôsæ integro, charitate, & dilectione, per similem eum facit vittæ coccineæ. Inter fucos, quibus vestes tinguntur, inficiunturque, Plinius cocco enumerat: adeo vt esset dicatum paludamentis imperatorijs. Fuit hic color in summo pretio habitus, tum apud Gentes, tum etiam apud Hebræos: atque inter cæteros colores, qui adhiberentur diuino cultui, primas obtinuit color coccineus. Exo. 28. Facies laminam de auro purissimo, in qua sculpes opere cœlatorio, Sanctum Domino: ligabisque eam vitta hyacinthina: & erit super tyram, imminens fronti Pontificis. Inter metalla aurum habetur pretiosissimum: eadem opera inter colores coccineus pretiosissimus habetur. Nomen Domini in auro sculpto portabat Sacerdos Domini in fronte, vt auri pretio & æstimatione admonerentur homines, quantum esset pretium, quanta dignitas illius, cuius nomen auro erat insculptum. Vt autem dignitati & maiestati nominis Dei, quod auro exprimebatur, humanus responderet affectus, vitta hyacinthina ligabatur. Quonia vt pretiosum est nomen Dni: ita etiam oportet flagrati dilectione & charitate, que hyacinthino & coccineo colore exprimebatur, ab omnibus mortalibus. tum verò maxime à Sacerdotibus colatur. Igitur vt veteri testamento coccineus color ardentem dilectionem & charitatem significabat: ita etiam & præsentis carmine, Sponsæ labia

vittæ coccineæ assimilantur: vt per labia loquellam, & sermonem Sponsæ intelligas: per coloré coccineum, iuxta Mosaicum Symbolum, sermoné & verbum ignitum: qui stimulos ingerat, addat calcaria, igniculos subdat. Hoc est enim quod sequitur: [ Et eloquiū tuum dulce. ] Hoc est quod afficit, rapit, transformat. Quid mirū est, si sermo Spôsæ vittæ coccineæ propter ardorem assimilatur: quādo inter elemēta ipsa nullum est, quod æqua facilitate suas exequatur operationes, atque ignis? Sermo autem spiritalis hominis, verbum Dei est: verbum autem Dei, quemadmodum Esai, testatur, *Esai. 55.* admirabilis est virtutis & potētiæ: adeo vt nusquam semel emissum vacuum reuertatur. Verbum (inquit) quod egredietur de ore meo, nō reuertetur vacuum: sed faciet, & prosperabitur in his, ad quæ emissum illud. Habes in Euāgelio apud Lucā: *Luc. 24.* Ignem veni mittere in terrā: & quid volo nisi vt ardeat? Verbum utique & Euāgelium ignē appellat, & succensum ignem, quod summa agilitate, & facilitate incredibili, animos hominū succendat. Paulus Apost. *1. Cor. 24.* differentiā assignat, inter sermonē spiritalis hominis & animalis. Que loquimur (inquit) nō in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina spiritus, spiritalibus spiritalia comparantes. Quasi dicat Paul. Magno intervallo distare debeāt sermo spiritalis hominis, qui Spōsa est, & illius, quē animalē appellamus. Cōsidera (inquit Paulus) quē habeat præceptorem animalis homo: quonia aut Platonē, aut Pythagorā. Spiritalis autē homo magistrū habet institutorem Spiritū. Obeamque, si magistrōs & præceptores inter se conferas, liquidò constabit, qualis sit sermo

L. 2 vtriusque.

vtriusque. Quia qualem quisque preceptorum nactus est, tales concipiet igniculos. Obeamque rem, qui Platonem sortitus fuerit magistrum, disputabit subtiliter: labia tamen coccinea non habebit, neque eloquium dulce. Secus verò, qui Spiritum habuit præceptorem atque magistrum, loquellam habebit, qualis est spiritus ipse, qui sub ignis specie frequenter apparuit. Ita etiam & spiritualis hominis sermo, quoniam Spiritum habuit Doctorem, coccineus erit: igneamque naturam referat necesse est. Paulus ad Roma. 1. multis titulis verbum Dei commendat: inter cæteros vnum illi tribuit, quod sit virtus Dei. Euangelium (inquit) est virtus Dei, omnium credenti. Nam ut cæteris in rebus diuina potentia se exercet, & in animos hominum insinuat: tum verò maximè per verbum Sponsæ & spiritualis hominis, quod semper cum verbo Dei coniunctum est. Hoc verbum virtus appellatur & potentia: quod incredibilia quædam spiritualis hominis in animos audientium operetur. Lege apud Paulum scribentem de differentia sermonis spiritualis hominis & animalis, & vtrunque confer inter se. Inter cætera verò illud etiam habet coccineus color, propter quod fuit in maxima laude, quod grano cocci neque senescenti vires desunt, neque recenti. Nam sermo spiritualis hominis senescere nusquam debeat: alioqui non essent illius labia similia vittæ coccinæ. Obeamque rem homini spiritali danda opera est, perpetuò prædicet verbum: iuxta id, quod ad Thimoteum scripsit Paulus: Insta opportunè, importunè. Nam docet charitas & dilectio fraterna, nè verbum veritatis & salu-

tis occultetur, aut filitio prematur, nè langueat verbi prædicatio, aut iaceat, tãquam senio cõfecta. Alioqui non referet sermo Sponsæ vittæ coccineam. Nã sermo Sponsæ coccineus debeat esse: qui ad naturam ignis maximè accedat, & animos hominum rapiat, & iuxta naturam coloris coccinei, senio nunquam efficiatur. Non desunt, qui hunc locum vertant in hunc modum: Sicut filium coccineum labia tua. Et quidè quantum attinet ad rationem coloris, in nullo læditur sensus germanus: verum tamen quantum attinet ad differentiã filii aut vittæ, si [filium] veritas, sensus poterit accommodari ad constantiam in dictis: quod non est à charitate & dilectione alienum: sumpta proprietate loquendi a Raab: quæ coccineo filo appenso iuxta fenestram, fidem atque constantiam dictorum, tum ipsa seruauit, tum in filiis Israel ipsa comperit. Gen. 38.

*Sicut fragmen mali punici ita generata, absque eo quod intrinsecus latet.*

**P**ERGIT laudare Sponsam ab his, quæ solent sceminarum vultus eximie decorare & exornare. [Sicut fragmen mali punici, &c.] Solet in genis robur quidem apparere, cum affectus verecundiæ & pudoris animum occupat: qui cum in genas erumpit, incredibilem gratiam sceminis solet conciliare: & vultus venustatem mirum in modum augere. Verecundiam autè istam, maximè referendam censeo ad Philosophiæ genus illud, quod Ch. R. N. frequenter nobis commendauit. Et Paulus innumeris penè locis nihil aliud inculcat, ad eò scilicet de bonis operibus non esse gloriandum, aut pietatis opera, quæ fecerimus, ad eò non esse iactanda:

vt

vt potius postquã diuina mandata opere fuerimus exequuti, inutiles seruos nos dicemus. Postquã hęc omnia feceritis, &c. Hęc est enim verecundia illa, quæ maxime decet Sponsam, vt omnibus operibus, bonis exornata, itã vt ad absolutã virtutem nihil illi desit corã Sponso: tamen rubore perfusa, mali punici colores referens assitat. Nasctur autem rubor iste, & verecundia nostris animis, cum ab eo homine amplissima accipimus beneficia, de quo nos male meritos satis scimus. Scit spiritalis homo, se nihil dignũ prorsũ habere, qd̄ repẽdere possit pro innumeris beneficijs acceptis. Quod Regius vates Dauid dicebat: Quid retribuã Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam: hoc est, labores ærumnas, ingruentem etiã mortem, libenti pro illo animo feram. Sed & illa maior est erubescẽdi causa, quæ Sponsæ genas, aut spiritalis hominis possit perfundere rubore: quod non solum nihil habet quod Sponso pro tot beneficijs acceptis possit repẽdere: verũ etiã & quod de illo sepẽ male fuerit merita. Nã cum inimica esset, turpis, deformis, cum multis illum sceleribus irritasset, pulchram tamen effecit & venustam, & sibi in matrimonium copulauit. Quod vt de veteri Synagoga verũ est, cum in Ægypto versaretur: tum verò maxime de tota Ecclesia, quæ à iusto Abel sumpsit exordium. Quibus laboribus verus Sponsus Sponsam suam vindicauit, quos pertulit cruciatus, quæ opprobria sustulit, quã horrenda passus est, vt Sponsam multis ornamentis condecoraret. Quid ergo mirũ, si corã Sponso Sponsa erubescit, adeò de se benemerito?

Quemadmodũ autem superiori <sup>Simile.</sup> carmine dixerat, absquẽ eo quod intrinsecũ latet: itã etiam & presentĩ. Quasi dicat: vt cetera taceam, quæ intus sunt, multa & magna ornamenta. Quemadmodũ enim sub fragmento, vel pellicula, aut cortice mali punici siue granati, multa occultantur granis saporis dulcissimi: itã etiam & sub ista verecundia Sponsæ & hominis spiritalis multa latent, quæ oculos humanos fugiant, quæ Sponso videantur gratissima. Imò inter cetera virtutum opera, illa maxime Sponso probantur, quæ maxime latent: & ipsis animi recessibus occultantur: nam quæ ab hominibus videntur opera bona, non nihil interdũ mercedis accipiunt: quæ autem in occulto manent, quæ solum Sponsum habent spectatorem, hęc ampliori laude digna ab Sponso iudicantur.

*Sicut turris Dauid collum tuum,  
quæ edificata est propugnaculis:  
mille clypei pendent ex ea,  
omnis armatura forium.*

**R**EX Dauid inter cetera, quæ ad æternitatem memoriæ fecit opera, turrim extruxit in monte Syon, & altissimam & egregie munitam, vnde possent hostes videri, totaque ciuitas comode tueri atque defendi. Habebat arx propugnacula quædam, quæ Hebræi <sup>2. Reg. 5.</sup> eminentias vertunt: ex quibus comode etiam & turris ipsa poterat defendi, & arceri facile impetus hostium. Erat intrã turrim copiosus apparatus armorum, tormenta omnia & machinæ bellicæ, ingens numerus clypeorum, gladio-

L 3 rum

rum, hastarum, quæ iuxta Priscorum consuetudinem, partim exteriori turris parte pendebant, partim asseruabantur intus: & quæ pendebant exteriorius arma, præter hoc quod regiam magnificentiam declarabant, ciuibus ingerebant auiditiam, & stimulos ad bellandum, & hostibus (vt credendum est) incutiebant terrorem, cum à lōgē intuerentur, incredibilem armorum vim & apparatus. Pergit autem Sponsus laudare Sponsam à rectitudine, optimaque colli dispositione. Erat collum erectum, teres, rotundum, ornamentis præterea muliebribus adornatum & condecoratum: ita vt collum turrim ipsam referret: ornamenta verò, propugnacula turris, & clypeos inde pendentes. Nihil potuit adduci ad exprimendam perseverantiam in promissis Dei, aut commodius, aut venustius. Nam, vt omitamus quod turris ipsa tanto apparatu armorum fulta atque munita, hostibus quodammodo erat inaccessibilis: sed ad insinuandam perseverantiã illam, colli intulisse mentionem, fieri non potuit sine graui & maturo consilio. Nam cætera membra accepimus à natura in quamuis partem facile flexibilia, vt in motus à natura sibi destinatos, nulla difficultate cierentur: collum autem flexibile non est, nec circumactum mouetur: ne forsàn laxata vertebra animal interiret. Obeamque rem maiorem firmitatem artificis sapiëntia collotribuit: id quod lib. de vsu partium, siue vtilitate significat Galenus. Iure proinde, cum de perseverantia hominis spiritalis circa diuina promissa agitur colli infertur mentio. Proprium autem est, quemadmodum animalis ho-

minis promissa Dei, aut contemnere, aut ridere: ita etiam & hominis spiritalis, omnem suam confidentiam, in diuinas promissiones rejicere. Nescit animalis homo, quæ sit ista perseverantia, quæ egregia illa turri Davidis exprimebatur. Obeamque rem Petrus Apostolus, per Mimemim quandam, siue imitationem, stulta & insana illorum iudicia, & verba ridet, dicens: Vbi est promissio, aut aduentus eius? Nam ex quo patres dormierunt, omnia sic perseverant ab initio creaturæ. Grauius & audacter ista pronuntiant, quibus nulla est perseverantia circa diuinas promissiones. Similia quædam Sapiens de impijs enarrat: Dixerunt impij cogitantes apud se non recte, exiguum & cum tedio est tempus vitæ nostræ, & non est refrigerium in fine hominis, & non est qui agnitus sit reuerfus ab inferis. Venite ergo & fruamur bonis: vtamur creatura, tanquam in iuuentute celeriter coronemus nos rosas, antequam marcescant, nullum pratium sit, quod non pertranseat luxuria nostra. Ad eundem modum animalis homo perpetuò sic secum cogitat: vbi est promissio diuina? vbi sunt illius pollicitationes? vanissimæ sanè videntur fabulæ, & nugæ plusquam animales. Et rationem adducunt: nam ex quo patres nostri dormierunt, id est, mortui sunt: sic omnia ab initio creaturæ, id est, ab orbe condito perseverant. Eodem semper ordine cuncta ducuntur. Mortui sunt patres, nec vnus quidem redijt, qui nobis nuntiaret, post vitam hanc aliam superesse: eadem semper est mundi facies: vices sunt nascentium atque morientium. Quare

a. Can. 3

Sap. 3. 1

cùm

cum ista sic habeant, quid expectatur iudicium aut resurrectio? viuamus laute dum hic viuitur. Nam que dicuntur de infernis de præmijs bonorum, spectra sunt, terramenta, fallatix & imposturæ. Quid igitur nostra refert, aut ieiunare, aut orare, aut cætera que appellantur pietatis opera cfficere? hæc Hypocrytis relinquamus. Est autem hæc perseverantia in promissis Dei, que per turrin Dauid munitissimam significatur, Christiano homini adeo necessaria: vt Paulus Apostolus nos omnes filios promissionis appellet. Ad Galatas: Nos (inquit) fratres secundum Isaac, promissionis filij sumus. Et ad Ephesios, aduersus gentes obieciat, quod promissionis spem non haberent. Peregrini (inquit) & alieni a testamentis, promissionis spem non habentes. Tota enim Ecclesia Christi ab orbe condito: & quicumque qui spiritalis homo appellari potuit: nunquam sine perseverantia in diuinis promissis, pietatis aliquod opus efficere potuit. Quocirca Paulus Apostolus illos vehementer hortabatur, perseverarent in Dei promissis. Ne reiciatis (inquit) libertatem vestram, que habet mercedem retributionis magnam. Patientia enim opus est, vt voluntatem Dei facientes, feratis promissiones. Itaque voluntatem Dei exequi citra perseverantiam istam in promissis Dei, nullo pacto possumus. Effici autem beatos: nisi voluntatem Dei per omnia impleamus, multo minus fieri possit. Est autem perseverantia ista circa diuina promissa effectus iustificantis fidei: nam quecumque Paulus fidei sanctorum tribuit ab orbe condito: hæc eadem perseue-

rantia tribuit circa diuinas promissiones: altera enim ex altera nascitur, & sibi inuicem esse coniunctas necessarium est. Et vt ea que de sancto Abel Paulus eodem capite refert, omittamus: ad sanctum Enoch accedamus, vt perspicuum fiat illius perseverantiam circa diuina promissa, per similem fuisse turrin Dauidis. Sanctus Enoch potuisset de diuinis promissis & providentia dubitare: nam iustum Abel ab iniquo fratre sciebat interceptum, qui tamen Deum honorauerat, quemadmodum postulabat ipsa veræ religionis ratio: sed neque mors sanctissimi hominis potuit Enoch inertem reddere, aut legnem efficere: non dixit, Quid opus est laboribus & periculis? ecce Abel honoravit Dominum, funestaque fuit morte interceptus. Vbi sunt igitur diuinæ promissiones, vbi cura tuenda innocentie? Turrin erat illius perseverantia: sed potuisset & ad turrin istam alius accedere hostis, non minus formidandus. Quid utilitatis accesserit Abeli intercepto ex supplitis fratris? frater acerbam suscipiet ultionem? quid ad occisum? nihil tale eum potuit dimouere a perseverantia illa circa diuina promissa: perpetuo secum cogitabat, si Deus est retributio: sane erit, neque poterit non implere que promissit. Quid sanctus Noe? nonne eadem ipsa perseverantia immobilis & inaccessibilem hostibus fecit, instar turrin Dauid? edoctus a Deo de rebus nondum presentibus adeoque incertis, de illius promissionibus nunquam dubitavit. Quis ambigat, quin humana ratio, & animus humanus, vt est propter peccatum, & scelus in diffidentiam propensus, illi suggere-

ret: Heus tu, nonne vides aëris ferentiam: ceteros mortales voluptatibus ac delitijs indulgere: nihil imminere periculi: quid igitur metuis inundationem diluuij, & tanto opere diuinis pollicitationibus & promissionibus adhæres? Nō potuit hostis hic acerrimus turrim Dauid expugnare: sed diuinis promissionibus fidens, arcam construxit: quāuis à cæteris mortalibus dementiæ & stultitiæ damnaretur. Quāta fuerit constantia & perseverantia sanctissimi Abraham circa diuina promissa, nulla est penè in literis sacris pagina, quæ non eam multis nominibus & laudet & celebret. Hostes expugnabāt turrim Dauid, cum illi promitteretur Isaac, homini senio confecto, & habenti uxorem & vetulam & sterile: multo magis cum charissimum filium ad diuinū imperiū occidere voluit: quibus arietibus pulsabatur turris illa: sed tandem impetus hostium sola perseverantia propulsauit. Hæc autē turris Dauid ædificata est cum propugnaculis, & pendent ex ea mille clypei, omnis deniq; armatura fortium. De quibus clypeis & armatura Paulus: Assumite (inquit) panopliam, hoc est, vniuersam armaturam Dei, vt possitis omnibus perfectis aut peractis stare: & balthem, veritatē Euangelij Christi & promissorum statuit: thoracem, iustitiam, quæ nobis contigit per Christum Iesum: scutum, fidem appellat: salutē assequutam per Christum R. galeam: gladium, verbū Dei. Quibus omnibus instructa atque munita turris ista Dauid, facile posset contemnere omnes impetus hostium. Annotandum: pro propugnaculis quemadmodum nostra habet translatio, Hebræa habere *תורנית* nomen

deductum ab *תורנית* hoc est, à doctrina siue documento: quasi turris illa viatores certò dirigeret, quo essent ituri. Quæ quantoperè congruant diuinis legibus, quæ in certum finem & destinatum hominem dirigunt, facile possis deprehendere: præsertim si aduertas vaticiniū Esaiæ: De Syon exhibit lex, & verbum Domini de Ierusalem.

*Duo vbera tua sicut duo hinnuli caprea gemelli, qui pascuntur in lilijs, donec asperet dies, & inclinentur vmbra.*

**S**OLET pectoris totius, mammarum præsertim elegans compositio scemini multum decoris ac venustatis præstare: obeamque rem Sponsus duo vbera Sponsæ hinnulis in lilijs pascentibus assimilat. Aptissimè verò post perseverantiā circa diuina promissa, quæ per turrim Dauid exprimitur, de duobus vberibus mentionem intulit: quibus beneficentia (vt arbitror) & pietas exprimitur, quæ homini Christiano apprimè necessaria sunt. Pau. Apost. duo hæc vbera vehemèter cōmendat: Beneficentiæ (inquit) & communicationis nolite obliuisci. Si Christiano homini hæc vbera necessaria non essent: nunquā Paulus dixisset: Facti sumus paruuli in medio vestrum: quomodo si nutrix foueat filios suos. Et Sponsus Sponsæ vbera hædis assimilat, quoniam adhuc paruula esset: & Paulus, vt Thessalonicenses nutriat lacte, factus est paruulus inter illos. Vnde enim lacte poterat nutrire, si vbera non habuisset? Sed oportet, spiritualis homo, & Sponsa Christi vbera habeat similia hædis gemel

Vt inquit R. D. in lib. radi. cū, & Rab Ionah 7 ponitur vice N le riédgratia.

Isai. 2.

Gen. 18

Gen. 22.

Eph. 6.

Heb. 13.

1. Thes 2.

gemellis, qui vt reneri sunt, ita etiã & æquales. Admirabilis Pauli tenerritudo: qui pro omnibus ecclesijs orat, collachrymatur, aliquãdo manus eleuat in cœlum, ad prædicandum omnibus est paratus, omnibus se agnoscit debitorem. Sed æqualia sint oportet vbera spiritualis hominis. Nam in Fide non est distinctio Iudæi & Græci: vacatque omne privilegium meriti: & regeneratio Christiana, quæ cunctos absoluit ex æquo, nullos distinguit: Omnes (inquit Paulus) egent gloria Dei, vt iustificentur gratis per gratiã Spõsi. Iudæus existimabat à gratia Euãgelica gentes fuisse arcendas: multique laboribus & longa prædicatione vix potuit Paulus id suadere Iudæis, Euangelicam gratiam omnibus ex æquo debere esse communem. Sed intueri Pauli vbera, qui verè spiritualis homo erat, inter tot dissidia, & tumultus vtriusque populi: vtrique vbera adhibebat æqualia: Iudæis fiebat tanquam Iudæus, & his qui sine lege erant, quasi sine lege esset. Omnibus (inquit) omnia factus sum, vt omnes lucrifaciam. Parùm prodest vbera habere æqualia & similia duobus hæc dis gemellis, nisi foris ad nutriendum paruulos coaptentur. Nam quid prodest, si proximo compatiaris interno quodam animi affectu, nisi eius etiam infantia contempere te commodè scias? Quid prodest, si compatientis affectu meam in te causam transferas: si exterius nunquam spiritualis hominis vbera adhibeas? Necessarium utiq; est, interius proximo compatiaris: exterius, more nutricis, vbera adhibeas. Secundo, oportet vbera sint æqualia: ita vt beneficentia Christiana &

pietatis opera omnibus ex æquo impendantur. Nã videre est quosdã, beneficis quidẽ & pietatis operibus intentos, sed in parentes, amicos, & affines: Cæteros verò omninò negligunt & prætermittunt: quasi Sponsus eis vberibus delectetur, quæ nõ sint æqualia, & similia hæc dis gemellis. Hebræi, duo vbera, ad duas tabulas referunt diuinorũ præceptorũ, quib; populus ille tanquam infans & paruulus nutriebatur: quæ hæc dis gemellis assimilantur, quoniam & mole ipsa, & numero præceptorũ essent æquales.

Rom. i.

Rom. 10.

Rom. 3. F.

1. Cor. 9.

- 1 Diliges Dominũ Deum tuum.
- 2 Non erunt tibi dij alieni.
- 3 Nõ assumes nomẽ Dei tui in vanũ
- 4 Memento Dei Sabbathi.
- 5 Honorabis patrem & matrem.

Exod. 20

- 1 Non occides.
- 2 Non fornicaberis.
- 3 Non furaberis.
- 4 Non falsum testimonium dices.
- 5 Non cõcupisces rem proximi tui.

¶ Quidã de Mose & Aarone locũ interpretatur, quorũ alter, quæ ad diuinum cultum pertinerent curaret, alter gubernationem administraret politicam: quæ duo aded in omni repub. benè instituta necessaria sunt, vt sine his duobus vberibus, nempe religione & pietate erga diuina, & circa externa, quæcunq; ciuilis administratio facillimè dilabatur. His verò duobus tanquam duobus vberibus populus optimè sustentatur & nutritur.

*Donec aspiret dies, & inclinetur vmbræ. Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris.*

L 5

Suspi-

**S**VSPICANTVR quidam Sponsi verba esse, qui (vt fieri solet aliquando in amatorijs colloquijs) pauca quædam interponit, quæ tamen orationem ipsam, aut orationis decursum impediunt necessaria tamen videntur pro temporis opportunitate & occasione. Si Sponso itaque verba tribuamus, necessarium erit, illud in mentem reuocare, quoniam Sponsus Sponsæ personam assumit aliquando, amoris vi & efficacia ad id impellente. Proprium est enim amanti, amati causam, imò & personam in se transferre. Nam est amator (vt Plato dixit) animus vnus duobus corporibus viuens. Ergò iuxta quorundam sententiam, sermonibus amatorijs versiculum hunc Sponsus interponit, quoniam ad salutem Sponsæ & felicitatem vehementer foret necessarium. Celebrauerat illius laudes, & illustria ornamenta: vnde periculum erat, ne plus nimio sibi placeret, obeamque rem, præstanti carmine illius conatus veluti rerundit, & animos reprimit, ne in arrogantiam, aut superbiam erigatur. Obeamque rem, quasi Sponsa ipsa loqueretur, inquit Sponsus: dum est flagratissimus æstus diei, & inclinatur vmbra, id est, ingruente tentatione, ad montem Myrrhæ, & ad collem thuris eundem est: hoc est, frequenter orandum est. Mihi verò maxime probatur, hoc carmen ad Sponsam pertinere: cum quod ad venustatem metaphoræ maxime pertineat, siue quod venustiore efficiat metaphoram: tum quod si Sponso tribuantur duriusculè coherent cum præcedentibus & se-

quentibus. Sunt igitur verba Sponsæ. Sponsa proinde cum Sponsum audiret, illius virtutes singulas eximijjs laudibus celebranrem quasi non posset propter ingenitam sibi verecundiam & pudorem, qui optimas deceat scæminas, proprias laudes audire: finxit se velle ab Sponso aliquantisper discedere, & ad montem Myrrhæ & collem thuris se conferre. Hæc quæ diximus vt venustatem metaphoræ incomparabiliter augent, ita etiam plena sunt arcano & mysterio. Myrrha propter vocis affinitatem montem Moriam significat, vt arbitror: nam & montem illum & Myrrham Hebræi eadem voce efferrunt. Quo in loco templum illud constructum erat toto orbe celeberrimum, cuius tanta fuit & religio & antiquitas: vbi iuxta diuina mandata thura adolebantur perpetuò, alijque suffitus odoris gratissimi. Nomine itaque Myrrhæ & nomine thuris templum intelligito: per templum autem orationem: nam domus orationis templum erat, quemadmodum Christus redemptor noster dixit: Domus mea domus orationis vocabitur. Per æstus autem vrgentissimos quid sit intelligendum, ab uadè satis superioribus demonstrauimus. Attende igitur, quàm sibi respondeant omnia. Audit Sponsa ab Sponso quoniam pulcherrima est, & oculos habet columbinos, & capillos, & optimi coloris, & singulari quadam ratione cõpositos, idem de dentibus, de collo, de vberibus. Hæc igitur cum Sponsa consideraret, quasi in seipsam descèdens: in mentem reuocabat, quoniam hominis vita militia est super terram, & quo-

3 Reg. 6

1. Par. 9.

Math. 21

Iob. 7.



**Prov. 18.** & quoniam fœlix ille habendus est, qui semper est pauidus: tam quod sanctissimis hominibus, quo  
**Psal. 33.** altiori gradu sanctimonix & innocentix sunt constituti, eo timendum sit vehementius. Time-te Dominum (inquit) omnis sancti eius. Obeamque rem dicit, dum est flagrantissimus æstus, & incli-nantur umbræ: id est, cum per to-tam vitam semper sit dimicandum, non iuuat, aut vacat proprias au-dire laudes, non me inearum lau-dum commemoratio impedit, quo minus eam ad montem Myrrhæ, & ad collem thuris, hoc est, quo-minus orationibus instem: id enim (vt diximus) per montem Myrrhæ & thuris est intelligendum. Nam ingruente tentatione orandum est, quemadmodum Christus redem-ptor noster docet, cum exemplo, tum etiam verbis: Oportet semper  
**Luc. 18.** orare. Orate, ne intretis in tentatio-nem. Factus in agonia prolixus ora-bat. Paulus ad Thesalo. sine inter-missione orandum. Ad Thimot. iuuet viros orare in omni loco. Et Moses cum Dei ira incandesceret aduersus Sponsam veterem, dice-bat: Cur scandescit, ô Domine furor tuus in populum tuum, in magna virtute & manu forti! Reuertere obsecro ab ira furoris tui, &c. Non solum autem urgente procella tri-bulationum, instanteque pericu-lo, quod per totam vitam imminet orandum est: sed & considerata peccata, & lachrymis sunt eluen-dæ contractæ sordes: id verò & no-mine Myrrhæ Sponsam voluisse subindicare non ambigo, quæ vt amara est, ita etiam & animi ama-ritudine & contractione deflenda sunt peccata. Docet proinde Spon-sa, ad eò non esse fidendum proprijs

virtutibus tamen ab Sponso probé tur, multis laudibus in cœlum vsq; echantur: vt tunc maxime timen-dū sit, & in nos ipsos descendendū: deflenda peccata, orationibus in-standum, lachrymis, ieiunijs, alijsq; castigationibus cohibēdos affectus. Orauit Moses, & absorptus est Da-  
**Mum. 16**  
**& 21.** than cum omnibus coniuratis. Orat, vt Deus serpentes venena-tos depellat à populo: & impe-trauit. David lauabat per singulas  
**1. Reg. 14**  
noctes lachrymis stratum suum, cō-  
**Psal. 7.** sideratione admissorum: lachrymis  
**Psal. 14.** & compunctione interna, quasi gra-tissimo pane sustentabatur. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte.

*Tota pulchra es amica mea, & macu-la non est in te.*

**H**IC est veluti epilogus dicto-rum, & quasi conclusio supe-rioris encomij, quo singula mem-bra Sponsæ collaudabat. Pulchra (inquit) es oculis, capillis, & den-tibus, &c. Quasi dicat: Quid opus est multis? Tota, tota quanta es, pulcherrima mihi videris, neque vl-lum in corpore vitium liceat con-spicere. Non est in tanta venusta-te næuus aliquis, qui inuentium oculos possit offendere. Hic ver-ficulus ad Sponsam Christi trium-phantem debeat referri, si atten-damus literæ rigorem. De qua re Paulus Apostolus. Exhibuit eam si-bi Christ⁹ gloriosam, sine macula & ruga. In Apocalyp. Ciuitas illa su-  
**Eph. 5.**  
**Apo. 21**  
perna se obrulit Ioanni visenda, tanquam aurum mundum simi-le vitro mundo. Sed & ad Spon-sam etiam, interim quod in terris ver-

versatur possit hic versiculus non incōgruē accommodari. Iuxta literā, Num. 25. eccinit Salomon presenti carminē venustatem & pulchritudinem veteris Spōsæ, Synagogæ scilicet cum sublati e medio & interfectis flagitiosis hominibus, qui cum Moabiticis mulieribus, fuerunt scortati, & peccauerūt peccatū phogôr, qui omnes simul fuere trucidati, Sponsa quasi depulsa omni turpitudine & sceditatis nota, efficta fuit pulcherrima. Idem dixerim de Dathā, Num. 16. & Abiron, illorumque coniuratis, Sponsa Christi interim quod sagenæ similis est, sagenæ quæ continet & bonos & malos pisces, non nihil habet sceditatis ab improbis hominibus contractæ: educerur aliquando sagena ad littus segregabuntur boni pisces à malis, & tunc tandem iure Sponsæ accommodabitur hic versiculus. [ Tota pulchra es, &c. ] Sed & Sponsus, quæ est illius benignitas, boni semper consulit quidquid charissima Sponsa habet: & quamvis pro statu præsentis miseræ, & infelicitatis nō nihil habeat turpitudinis, non desit macula neq̃ & ruga, sed sublatis nonnūquam e medio impijs Num. 19. hominibus perditis & flagitiosis Sponsæ pulchritudo probatur Sponso: non iuxta id quod habet natura rerum, sed iuxta Sponsi bonitatem, vt diximus. Duplici enim ratione Sponsæ pulchritudinem possis considerare, vt sit pulchritudo quidquid habet Sponsa excellens & eximium. Altera est, prout in Sponsa, altera prout Sponso probatur. Et possit quidem Sponsa macula & neq̃ aliquo deturpari, quod si Sponso probatur non illius pulchritudini, sed Sponsi potius bonitati est tribuendum. Tum Spon

sæ pulchritudo refertur, vel ad Sponsam ipsam, vel ad Sponsum, ea ratione qua peccata omnia ipse depellit. Postremò, solent sponsi, mariti, cum impotenter vxores amant, vehementer illarum pulchritudinem & venustatem collaudare, nulla habita ratione maculæ, aut deformitatis, si vlla sit, amoris vi, & efficacia ad id impellente. Ad eundem modum Sponsus Sponsam suam totam pulchram & venustam appellat, vt illius verbis intelligas, quàm incredibile dilectione Sponsam prosequatur. Nascitur flagrantissimus hic amor, eximieque laudes, quibus Sponsus Sponsam prosequitur, ab ipsa prædestinatione & electione æterna. Nam in prædestinatis & electis, quanuis sepius in die cadant, & nemo sit qui non neq̃ aliquo peccati deturpetur & inficiatur, non tamen ob eam rem illos, aut auersatur, aut fastidit. Aded enim eximia sunt, & ampla dona iustificationis, & gratiæ, omniumque virtutum, quibus interius condecorantur, vt ipsa spiritus diuini pulchritudo, & ornatus illis impensus, multò magis trahat Sponsum ad diligendam Sponsam, collaudandam, fouendam, nutriendam, quàm sceditas ipsa peccatorum possit, vt illos auerteretur & fastidiat:

*Veni de Libano Sponsa mea, veni de Libano: veni coronaberis, de capite Amanæ, de vertice Sannir, & Hermon, de cubilibus Leonum, de montibus pardorum.*

Mons

**M**ONS Thraconorum siue Galaad Arabiæ petreæ pars, à parte Orientali, vbi collibus Libano copullatur, protenditur versus occidentem, vsque ad mare Orientale, siue mortuum: cecidit autè in sortem tribus Rubem, & Gad, & dimidiæ tribus Manasse: ad quem cum Iacob peruenisset die septimo profectionis è Charran, comprehensus, est à Labam, eoque dictus est Galaad: quòd ibi Iacob Labamque iurauerint, lapidibus in aceruum congestis. De hoc monte Hieremias inquit: Galaad tu mihi initium Libani. Hunc accepit de Amoræorum manu Galaad filius Machir, filij Manasse. Huius prima pars que Libano hæret, dicitur Hermon. Triplex verò est Hermon: Primus, de quo Deuter. 3. Secundus, ea pars Libani, quæ est à Tyro & Sydone ad fontes vsque Iordanis, de quo Iosue decimo tertio. Tertius, iuxta montem Thabor, de quo Psalmista: Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt, &c. Neque cuiquam debeat videri mirum, si Hermon, Libani sit pars: tantæ enim est magnitudinis, vt colles & monticulos non paucos complectatur: qui iuxta variam situs rationem, variè in eodem nominantur. De monte Sanir, Ezech. 27. Abietibus de Sanir extruxerunt te; cum omnibus tabulatis maris. Cedrum de libano tulerunt, vt facerent ibi malum. Hunc Hieronymus arbitratur, eundè esse cum Hermon. Clauditur autem terra promissionis à meridie montibus, Pharan & Cades Barne: vnde missi sunt exploratores in terram Chanaan. Ergo quasi Sponsa commoretur in his locis, nempe in ver-

rice Amanæ, & Sanir, & Hermon, Sponsus eam inuitat, vt in terram promissionis secum velit descendere, inquitque: [Veni de libano Sponsa, veni de libano: &c.] Nota: montes istos esse vltra Iordanem. Exprimitur hoc carmine, miro artificio, qualis sit amor Sponsi erga Sponsam: qualis præterea sit diuina vocatio, & amor ipsius fati exprimitur: cum Sponsus inquit: primò, secundò, tertio: [Veni, veni, veni de Libano, &c.] Si sponsus, vt cunque electorum animas diligeret, aut vulgari erga illas afficeretur amore: nunquam eisdem vocibus repetitis illas vocaret, dicens: Veni, veni, veni: sed hæc tam crebra eiusdem vocis repetitio, indicium est flagrantissimi amoris. Ego (inquit Sponsus) sto ad ostium, & pulso. Pulsat autem Sponsus, non semel tantum, sed secundò & tertio: vt per numerum ternarium, numerum intelligas infinitum: quem admodum & locus Esaiæ habet: *Isai. 6.* Sanctus, sanctus, sanctus: pro perenni, æternaque laude diuinæ iustitiæ & sanctitatis. De eadem re Ioannes Euan. Non cessant quotidiè clamare, dicentes: Sanctus, Sanctus, &c. Vocat itaque Sponsus, & frequenter vocat: nunc allicit, ablanditur: quemadmodum olim vocabat veterem Sponsam, miraculis, portentis, blanditijs. Cum autem hæc parùm proficit, terret, impetit, vexat: sic Sponsam veterem vocabat: cum serpentes læthales in Iudæos immisit: cum propter publicam cum Madianitis scortationem, magnam illius populi partem ferro & gladio interemit. Denique ardentissimum illud desy-

Apoc. 4

Apoc. 4

Num. 22

Num. 25

versatur possit hic versiculus non incōgruē accommodari. Iuxta literā,  
 Num. 25. eccinit Salomon præsentī carminē  
 venustatem & pulchritudinem ve-  
 teris Spōsæ, Synagogæ scilicet cum  
 sublati e medio & interfectis flagi-  
 tiosis hominibus, qui cum Moabi-  
 ticis mulieribus, fuerunt scortari,  
 & peccauerūt peccatū phogôr, qui  
 Num. 31. omnes simul fuere trucidati, Spon-  
 sa quasi depulsa omni turpitudine  
 & sceditatis nota, effecta fuit pul-  
 cherrima. Idem dixerim de Dathā,  
 Num. 16. & Abiron, illorumque coniuratis.  
 Sponsa Christi interim quod sage-  
 næ similis est, -sagenæ quæ continet  
 & bonos & malos pisces, nonni-  
 hil habet sceditatis ab improbis ho-  
 minibus contractæ: educetur ali-  
 quando sagenæ ad litus segregabuntur  
 boni pisces à malis, & tunc  
 tandem iure Sponsæ accommodabitur  
 hic versiculus. [ Tota pul-  
 chra es, &c. ] Sed & Sponsus, quæ  
 Matt. 13. est illius benignitas, boni semper  
 consulit quidquid charissima  
 Sponsa habet: & quamvis pro sta-  
 tu præsentis miseræ, & infelicitatis  
 nō nihil habeat turpitudinis, non  
 desit macula neque & ruga, sed su-  
 blatis nonnūquam e medio impijs  
 Num. 19. hominibus perditis & flagitiosis  
 Sponsæ pulchritudo probatur Spon-  
 so: non iuxta id quod habet natura  
 rerum, sed iuxta Sponsi bonitatem,  
 vt diximus. Duplici enim ra-  
 tione Sponsæ pulchritudinem possis  
 considerare, vt sit pulchritudo  
 quidquid habet Sponsa excellens  
 & eximium. Altera est, prout in  
 Sponsa, altera prout Sponso probatur.  
 Et possit quidem Sponsa macula  
 & neuo aliquo deturpari, quod si  
 Sponso probatur non illius pulchritu-  
 dini, sed Sponsi potius bonitati est  
 tribuendum. Tum Spon-

sæ pulchritudo refertur, vel ad  
 Sponsam ipsam, vel ad Sponsum,  
 ea ratione qua peccata omnia ipse  
 depellit. Postremò, solent sponsi,  
 mariti, cum impotenter vxores a-  
 mant, vehementer illarum pulchri-  
 tudinem & venustatem collaudare,  
 nulla habita ratione maculæ,  
 aut deformitatis, si vlla sit,  
 amoris vi, & efficacia ad id im-  
 pellente. Ad eundem modum  
 Sponsus Sponsam suam totam pul-  
 chram & venustam appellat, vt  
 illius verbis intelligas, quam in-  
 credibili dilectione Sponsam pro-  
 sequatur. Nascitur flagrantissimus  
 hic amor, eximieque laudes, qui-  
 bus Sponsus Sponsam prosequitur,  
 ab ipsa prædestinatione & e-  
 lectione æterna. Nam in præde-  
 stinatis & electis, quanuis septies  
 in die cadant, & nemo sit qui non  
 neuo aliquo peccati deturpetur &  
 inficiatur, non tamen ob eam rem  
 illos, aut auersatur, aut fastidit.  
 Ad eam enim eximia sunt, & ampla  
 dona iustificationis, & gratiæ, om-  
 niumque virtutum, quibus in-  
 terius condecorantur, vt ipsa spi-  
 ritus diuini pulchritudo, & orna-  
 tus illis impensus, multò magis  
 trahat Sponsum ad diligendam  
 Sponsam, collaudandam, fouen-  
 dam, nutriendam, quam sceditas  
 ipsa peccatorum possit, vt illos ad-  
 uerteretur & fastidiat:

*Veni de Libano Sponsa mea, veni  
 de Libano: veni coronaberis, de  
 capite Amanæ, de vertice Sa-  
 nir, & Hermon, de cubilibus  
 Leonum, de montibus pardo-  
 rum.*

Mons

**M**ONS Thraconorum siue Galaad Arabiæ petreæ pars, à parte Orientali, vbi collibus Libano copullatur, protenditur versus occidentem, vsquè ad mare Orientale, siue mortuum: cecidit autè in sortem tribus Rubem, & Gad, & dimidiæ tribus Manassè: ad quem cum Iacob peruenisset die septimo profectionis è Charran, comprehensus, est à Labam, eoquè dictus est Galaad: quòd ibi Iacob Labamque iurauerint, lapidibus in aceruum congektis. De hoc monte Hieremias inquit: Galaad tu mihi initium Libani. Hunc accepit de Amoræorum manu Galaad filius Machir, filij Manassè. Huius prima pars quæ Libano hæret, dicitur Hermon. Triplex verò est Hermon: Primus, de quo Deuter. 3. Secundus, ea pars Libani, quæ est à Tyro & Sydone ad fontes vsquè Iordanis, de quo Iosue decimo tertio. Tertius, iuxta montem Thabor, de quo Psalmista: Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt, &c. Nequè cuiquam debeat videri mirum, si Hermon, Libani sit pars: tantæ enim est magnitudinis, vt colles & monticulos non paucos complectatur: qui iuxta variam situs rationem, variè in eundem nominantur. De monte Sanir, Ezech. 27. Abietibus de Sanir extruxerunt te; cum omnibus tabulatis maris. Cedrum de libano tulerunt, vt facerent ibi malum. Hunc Hieronymus arbitratur, eundè esse cum Hermon. Clauditur autem terra promissionis à meridie montibus, Pharan & Cades Barne: vnde missi sunt exploratores in terram Chanaan. Ergo quasi Sponsa commoretur in his locis, nempe in ver-

tice Amanæ, & Sanir, & Hermon, Sponsus eam inuitat, vt in terram promissionis secum velit descendere, inquitque: [Veni de libano Sponsa, veni de libano: &c.] Nota: montes istos esse vltra Iordanem. Exprimitur hoc carmine, miro artificio, qualis sit amor Sponsi erga Sponsam: qualis præterea sit diuina vocatio, & amor ipsius satis exprimitur: cum Sponsus inquit: primò, secundò, tertio: [Veni, veni, veni de Libano, &c.] Si sponsus, vt cunque electorum animas diligeret, aut vulgari erga illas afficeretur amore: nunquam eisdem vocibus repetitis illas vocaret, dicens: Veni, veni, veni: sed hæc tam crebra eiusdem vocis repetitio, indicium est flagrantissimi amoris. Ego (inquit Sponsus) sto ad ostium, & pulso. Pulsat autem Sponsus, non semel tantum, sed secundò & tertio: vt per numerum ternarium, numerum intelligas infinitum: quem admodum & locus Esaiæ habet: *Isai. 6.* Sanctus, sanctus, sanctus: pro perenni, æternaque laude diuinæ iustitiæ & sanctitatis. De eadem re Ioannes Euan. Non cessant quocumque *Apoc. 4* tudinè clamare, dicentes: Sanctus, Sanctus, &c. Vocat itaque Sponsus, & frequenter vocat: nunc allicit, ablanditur: quemadmodum olim vocabat veterem Sponsam, miraculis, portentis, blanditijs. Cum autem hæc parùm proficit, terret, impetit, vexat: sic Sponsam veterem vocabat: cum serpentes læthales in Iudæos immisit: cum propter publicam cum Madianitis scortationem, magnam illius populi partem ferro & gladio interemit. Denique ardentissimum illud desy-

Alia Haran.  
Gen. 22.

Iere. 22.

Num. 32.

Deut. 3.

Iosue. 13.

Psal. 83.

Ezech. 27.

Num. 22.

apoc. 4.

Isai. 6.

Apoc. 4.

Num. 22.

Num. 25.

desyderium trahendū animos & impellēdi exprimitur illis vocib⁹: [Veni, veni, &c.] Et quoniā Sponsus frequētē, quos à peccatis reuocat, dulciter trahit, neq; ad supplitia & castigationes descendit, nisi consumptis iam omnibus remedijs: dulcissimo nomine, & appellatione blandiori, charissimam coniugem vocat, eam appellans Sponsam: quæ inter cæteras appellationes, tenerrimum videtur præ se ferre amorem. Vocat autem Sponsam suam à consuetudine improborum hominum: quoniam inter cæteras animi pestes hæc vna facilius totum hominem inficit, arctior scilicet cum impijs hominibus familiaritas. Vide quid Sponsæ acciderit inter Madianitas, quàm faciliē in eorum flagitia & consuetudines fuerit prolapsa. *Psal. 1.* Quocirca regius Propheta, primam hominis beatitudinem auspicatus est à fuga huius consuetudinis & familiaritatis: eos censet beatos, qui non abiēre in consilium impiorum. Cùm ergò Sponsus charissimam Sponsam vocat, veniat à montibus istis, quos nefariæ gentes, & omnibus sceleribus coopertæ incolēbant: primū illi proponit beatitudinis gradum. Nam vita ipsa beatorum duabus partibus potissimū constat, fuga mali, & prosecutione boni. Quas breui carmine Propheta regius complexus est. Declina à malo (inquit) & fac bonum. *Psal. 36.* Vt enim cæteræ disciplinæ & artes non statim primò aditu pueris difficillima quæq; proponunt, sed quæ faciliora sunt, quæ magis aperta: ita etiam & diuina vocatio, primò, quod ipso instituto viuēdi facillimū est, proponit: ut quilibet à malo declinet. Sic Sponsus, cùm Sponsam excitat, & hor-

tatur, ut descendat de capite Amarna, &c. Illud profecto docet, impiorum hominum consuetudinem, ac proinde, consuetudinem peccandi, primò fore fugiendam. Habitabant enim montes illos Ethæi, Amorræi, Iesubusæi. Et hos appellat (ut arbitror) leones, & pardos. Nam tametsi, iuxta literam, essent montes illi feracissimi leonum & pardorum: sed putarim, leones, & pardos, gentes illas impias & nefarias potius appellauisse: cùm propter illarum atrocitatem, tum etiam propter astutiam, quæ pardis naturā insita est. Frequenter enim dolo & astucia filios Israel in omne genus peccati & flagitij impulere. Vide quid referat Scriptura de Madianitis. Nam ut feras & truces gentes illas significaret, refert, quòd proprios filios enecabant: neque à filiarum cruenta nec manus abstinebant, ut idolis immolarent. Solet diuina Philosophia homines, leones, vrsos, vulpes, aliquando appellare. Neque enim est aliquid animantis genus, præter vnum hominem, quòd in alterius naturam possit degenerare. Neque vulpes imitatur leonem, neque leo vulpeculam: homo autem quasi Protheus quispiam in omnium animantium se transfert imagines, in omnium naturas degenerat. Hinc regius vates, iuxta *Psal. 4.* quorundam sententiam, hominem appellat omnem carnem. Et hoc Philosophiæ genus, poëta elegantissimè libris Methamorphoseos *Quid.* pertractat. Qualis verò sit diuinæ vocationis finis satis ostenditur, cùm inquit: Veni coronaberis. Non enim Sponsus quempiam vocat, quòd sibi utilitatis aliquid accrescat ex ipsa vocatione, sed

sed vocat, vt coronam imponat, vt donet felicitatem: quemadmodum olim veterem synagogam, vt in terram promissionis induceret, & regnum, & sacerdotium, & leges, & civilem gubernationem, & administrationem conferret. Satis apparet ipsa vocationis ratione, quanta sit bonitas Sponsi. Nam nostris operibus si nullum aliud esset premium propositum, nisi aut peccati remissio, aut donum gratiæ, & benevolentia, nemo nostrum posset iure cum Sponso expostulari, satisque pro merito nostrorum operum & peccati remissione & collatione gratiæ premij responderet. Sed tanta est Sponsi bonitas, vt quemadmodum olim veterem Sponsam beneficijs cumulabit, ita etiam & nunc quæcunque nostrum ad coronas vocet. Nā propositum nobis esse regnum, satis ostendunt verba illa: Percipite paratum vobis regnum ab origine mundi. Sed nisi Sponsus ipse post primam vocationem, secundam adderet & tertiā, nos semper tanquam infantes & paruulos manu duceret, frustra sanè vocaremur, essentque omnes nostri conatus ad virtutem sectandam irriti & vani. Opus itaque est cum vocat, nobiscum semper eat: cum iustificat, nusquam nos deserat: tanquam solet mater aut nutrix teneros adhuc infantes, & per ætatem imbecilles. Obeamque rem Sponsus, vt Sponsam charissimam vehementius excitaret, illi veluti pollicetur, se nusquam ab ea discessurū toto ipso itinere, vsque ad coronas. [Veni (inquit) de Libano Sponsa mea, veni de Libano, veni: coronaberis de capite Amanæ, de vertice Sanir & Hermon, &c.] Vt enim Sponsi est, nobis ipsa vocatione bonam conferre voluntatem: ita

& post vocationem nos iustificare.

*Vulnerasti cor meū soror mea Sponsa,  
vulnerasti cor meum, in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.*

**E**legantè exprimit Sponsus amoris naturam, cum se vulneratum Sponsæ oculis affirmat, vel (vt habet Hebræa) excordatū. וַיִּפְּצֵנִי quasi dicas: Auulsi cor meum: siue (vt ego arbitror) fascinoasti cor meum. Nam amorem esse gen<sup>o</sup> quodā fascinationis, quod oculis hauritur, aut per oculos tanquam per fenestras penetrat in animos, p̄didere Platonici: Et amorem genus esse ægritudinis, quod cor potissimum inficiat, prodidit optimi philosophi; Qui duplicem statuebant speciem insanitiæ, alteram cerebri, alteram cordis: et illā quæ cerebri est, atram bilem habere tanquam præcipuam causam, primumque fontem. Quando verò humores, qui cerebrū infestant, & dementiam illam, & insaniam pariūt, retinentur in corde, angustias, sollicitudinesque gignūt, & non dementiam. Ea sollicitudine affliguntur hi qui perditè amāt, atque hoc gen<sup>o</sup> fascinationis amorē appellarunt Platonici: vt omittam quod amor sanguinis perturbatio est: sanguinis autem primum domicilium, cor est: inde enim sanguis excretus & purificatus in omne corp<sup>o</sup> diffunditur. Cōqueritur itaque Sponsus, quasi Sponsa eū fascinoauerit, illiusque præcordia vulnerauerit vno oculo, & vno crine colli. siue, vt habet Hebræa. וַיִּפְּצֵנִי id est, in vno torque colli tui. Sūt qui velint vñū oculum veteris Spōsæ Mosē fuisse. Nec mihi id videretur à ratione alienum

Math. 23

Exod 3 alienum, quando iustus quisque totius reip. oculus possit appellari, propter dignitatem & lucem diuinam, quam vita & exéplo in ipsam rempub. infert. Vulnerabat proinde Synagoga vno oculo, Mose scilicet, Sponsum charissimum, Ná quasi veterem Sponsam deperiret, propter Mosem peccata remisit, abstinuit à cruenta cæde, quam illi minabatur in monte Syna. Multa illis contulit beneficia, varia dona & eximia ornamenta, quòd vno isto oculo, idest, illi<sup>o</sup> innocètia & sanctitate esset Sponsus & animo vulneratus, & fascinatus. Sūt enim iusti omnes in ipsa rep. (vt diximus) oculus: qui, propter ingentem amoré, propter venustatem & pulchritudinem animorum, Sponsum vulnerant. Cùm Deus grauissimum supplitium intentaret aduersus Sodomam, dixit Gen. 18. Abraham: Nunquid perdes iustum cum impio? Si fuerint quinquaginta iusti in ciuitate, perdes eos? Et quia hic oculus solet vulnerare Spōsum, respondit: Non perdam propter quinquaginta, non propter triginta, non propter decem. Vides, iustos oculos esse totius reip. Quo vno oculo Spōsus vulneratur, & tāquā impotēti amore laborat, peccata condonat, & penas remittit. Sed si de iustis agitur, iurè possis dicere, vnicum illum iustitiæ sanctitatisque exemplum, Christum scilicet, ea ratione qua homo est, oculū fuisse, quo Deus veluti fascinatus & vulneratus Sponsam cæpit veluti impotentèr diligere. Et vuln<sup>o</sup> hoc & fascinationē satis indicabat cum baptizato Christo dicebat: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cōplacui. Quasi dicas: qui vnus potuit meum animum amoris & dilectionis vulnere afficere: ipsum au-

Mach. 17

dite. Sed mihi probè rem considerāti, videtur potius de oculo Sponsæ dextro agere. Nam habet Sponsa sinistrum oculum, habet & dextrū. Sinister oculus Spōsæ ille est, qui propter necessitates corporis cogitur subindè in terram, aspicerè, ad tuendam illius vitam depellendam famem. Alter verò oculus, dexter est, quo illa quæ sursum sunt in cœlis contuetur. Hunc oculum dextrum apostol<sup>o</sup> habebat cùm diceret: Non videntibus nobis quæ temporalia sunt, &c. Sponsus itaque non vulneratur sinistro oculo, sed dextro.

*Quam pulchrae sunt mammae tuae soror mea Sponsa! pulchriora sunt vbera tua vino, & odor vnguentorum tuorum super omnia aromata.*

**D**iximus superius de vberibus, de amoribus, de varia translatione: diximus de symbolo vini, de odore vnguentorum, cōmentarijs in primum caput.

*Fauus distillans labia tua Sponsa, mel & lac sub lingua tua: & odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris.*

**C**vm audis Spōsum Sponsam colaudantē, egregiasque illi<sup>o</sup> virtutes multis laudibus extollentē, caue existimes, Sponsam quidpiam habere de suo. Nam quidquid Sponsa habet, id debet munificentia Spōsi. Vt, quòd oculos habet columbinos, quòd labia, instar faui, mel distillantia: id omne ab spiritu Spōsi habet. Labia enim Sponsæ fauo disti-



stilanti dulcissimum mel assimila-  
 tur: quod diuinas leges & Sponsi de-  
 creta, & iussa semper habeat in ore.  
 Sic solet Scriptura sacra leges diui-  
 nas cum fauo melle, rebusque dul-  
 cissimis conferre. Nascitur autem  
 ista dulcedo, ex varietate illa diui-  
 næ legis, ex qua tanquam ex diuer-  
 sis floribus conficiuntur dulcissi-  
 mi faui, gratissimum mel distilan-  
 tes. Scriptura sacra promittit, co-  
 hortatur, deterret. Promittit remis-  
 sionem peccati: qua nihil mortali  
 homini possit esse dulcius: præfer-  
 rim cū nascatur filius ire: omnesque  
 verè ac propriè filij simus perdi-  
 tionis, & interitus, æternis supplitijs  
 destinati. atq; in ipsa peccati remis-  
 sione, quid dulcius, quàm nullū præ-  
 stituere terminū, non iuueni, nō se-  
 ni? sed omnes ex equo vocat ad gra-  
 tiam, & ad Sponsi beneuolentiam.  
 Pau. Apost. Euangeliū, hoc est, fœ-  
 lix illud nuntium, quod tota Sacra  
 Scriptura vel præsignatū varijs fi-  
 guris & vmbis, vel apertè declara-  
 tū per aduentū Iesu Christi, virtutē  
 Dei appellat in salutē, hoc est, exi-  
 miam & admirabilē potentiā, non  
 in supplitijs, non in terrore, vt anti-  
 quitus se ostētauit: sed in suauitate  
 & benignitate. Pau. ad Ephes. 3. scri-  
 bens: Euangeliū appellat verbū ve-  
 ritatis: & verbū salutis, quod remis-  
 sionē peccati perpetuò polliceatur,  
 veritatis, quod certissimū sit, quid  
 quid Sponsus pollicetur per Euan-  
 geliū, quibus quid possit esse dulci?  
 Nec fauus mella dulcissima distil-  
 las, cū tāta ista dulcedine potest cō-  
 ferri. Pollicetur secūdō, æternita-  
 tē & immortalitatē. Nihil est toto  
 sacro Eloquio, quod frequentius in  
 fœlici homini proponatur. Iā vero  
 quid homini possit cōtingere dul-  
 cius, quàm immortalitas & æternitas?

aut quid homo per totā vitā impen-  
 sius meditatur: quā immortalitatē  
 ipsam & æternitatē? Laborat, nauigat,  
 vigilat, rastris & ligonibus insu-  
 dat: omnia hæc meditatio quædam  
 sunt æternitatis. Pau. ad Rom. scri-  
 bēs, totā creaturā vanitati subiectā  
 constanter affirmat: ob eam rē, quod  
 æternitati & immortalitati addicta  
 sit, quā tamē nequeat adipisci. Hinc  
 nascuntur generationes adeò frequē-  
 tes, & corruptiones, siue interitus.  
 Sed & illud dulcissimū est, quod di-  
 uina lex hominibus declarauit: esse  
 in animo Sponsæ, & versari primi-  
 tias qualdā vêturæ fœlicitatis: quā-  
 uis totā beatitudinē ista vita morta-  
 li assequi non possimus. Et nos (in-  
 quit Pau.) qui primitias spiritus ha-  
 bemus, ingemiscimus, vt intelligas,  
 si tales tā amplæq; sunt primitiæ,  
 quantū erit totū illud quod specta-  
 mus, nobisq; Scriptura Sacra polli-  
 cetur: quādo primitiæ illius sunt re-  
 missio peccati, collatio gratiæ, & su-  
 scitationes mortuorū? Sed & primi-  
 tias istas Spōsa habet in ore. Tertiō  
 loquitur Scriptura Sacra sapientiā  
 inter perfectos: sapientiā autē nō hu-  
 ius sæculi (vt inquit Pau.) neq; prin-  
 cipū huius sæculi, qui destruuntur: sed  
 sapientiā admirabilē, quæ excedat  
 omnes cogitatus, conatusq; humanę  
 mētis. nā sapiētia sæculi huius incer-  
 ta, inconstās, nutabūda, deniq; talis  
 est, quæ referat ingeniū & naturam  
 auctorū. Eā sapiētiā excogitarunt  
 homines, qui destruuntur, vt inquit  
 Pau. Sed sapiētia ista, quā loquitur  
 diuina lex inter perfectos, authorē  
 habet spiritū: spiritus autē, vt Pau.  
 inquit: Omnia scrutatur, etiā profū-  
 da Dei. Quid igitur dulcius hoc  
 mellis fauo, quā profūda Dei, & ab-  
 dita illius cōsilia inuestigare, & ri-  
 mari per singulas Sacræ Scripturæ

paginas? Est enim inserta nostris animis vehemētor quēdā cupiditas sapientiæ: eā verò sapientiā extra litteras sacras non liceat inuenire. Cū ergo Sponsa loquatur Dei sapientiam, iure illius labia mella distilat. Sed & illud dulcissimū est, quod ad perfectionem, & ad diuiniorē vitā non cogit homines, sed hortatur, & ad virtutem trahit leni blandaque suasionē. Incutit aliquando terrorē, & ylliones proponit diuinas. Nā ira Dei, quæ ex celo reuelatur, vt Paul. ad Rom. inquit, diuinis legibus potissimum hominibus declaratur. Hæc tamē quāuis possint videri amara & acerba: sed in eam rem adhibentur ab Scriptura sacra hæc medicamenta, vt ad salutem & vitam se homo recipiat; neque his farmacis vtitur, nisi cum iam omnia penē remedia fuerint consumpta. Habēt autem huiusmodi terrores consolationes admixtas. Consolatur pusillanimes, suscipit infirmos, peccantibus compatitur, conuersis non solū indulget, non solū nō insultat, sed exultat super peccatore pœnitentiā agente. His omnib⁹ quid possit esse dulcius? Habet etiam Sponsa sub lingua mel & lac. Nam diuina sapientia, Scripturaq; sacra, vt mel habet, ita etiam & lac, propriū, ac peculiarē paruulorū cibum. Paulus, 1. Cor. 3. Ego fratres (inquit) non potui vobis loqui quasi spiritalib⁹, sed quasi carnalibus. Tanquā paruulis in Christo, lac vobis potum dedi, nō escam. Habet enim Scriptura sacra, vt solidum cibum, ita etiam & leuem & facilem, vt Pau. inquit. Omnib⁹ enim iuxta cuiusque captum se attemperat. Habet enim sapientiam, quam loquitur inter perfectos: & dogmata proponit faciliora paruulis, & nō dum exercitatos habentibus sensus. Sed & quæcunq; Sponsa loquitur

propter quæ, dulcissima illius labia appellatur, sub lingua habet, nō in cuspide linguæ. Neq; enim passim, temerē, aut inconsideratē profundit arcana diuina. Nā quā circumspectē, quā prouidē, si aduertas, loquitur de diuina natura, de sacra triade, de incarnatione Verbi, cæterisq; sacramētis. Nouit quidē hæc Spōsa, Scriptura sacra reuelatē, sed magno cū iudicio, & delectu hæc arcana reuelat, nec pueris cōculetāda proponit. Nouit qui sint paruuli: eos lacte nutrit: qui sint porci, qui canes: illis nō cōmittit margaritas. Loquitur sapientiā, sed inter perfectos dūtaxat. Humana sapientia quidquid habet, in cacumine lingue propositū habet, nihil sub lingua. Nā semel atq; Platonis aut Pythagorē dogmata auribus exceperis, nihil aliud mysterij aut arcani possis eruere. Sed Spōsa mel & lac habet sub lingua. Nam postquā illi⁹ verba aurib⁹ excepisti, aliud est, quod intelligere debeas, & possis, abstrusū magis & reconditū. Paul. ad Corin. Nos quæ loquimur, non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina spiritus, spiritalibus spiritalia cōparates. Veluti cū audis, Ionā prophetam in vētre ceti reclusum: partus steriliū, vt Saræ, & Rebecæ: cū fureculos in paradiso nullis ex seminib⁹ pullulātes, nō procifsa terra, aut subactis sulcis, aliud habet Spōsa sub lingua reclusū, quod nō habet in cuspide lingue. Habet verbi diuini admirabilē ortū ex virgine, cōceptionē sine ope viri, suscitationē à mortuis, &c. Sed & sub lingua mel & lac, & cætera quæ intra dulcissima numerātur, habet Spōsa. Nā diuinas leges non ita percurrit, atq; si Platonis, aut Pythagorē dogmata essēt, sed quasi diuina oracula alti⁹ serutat, & adorat, iugiq; studio dieb⁹ & noctib⁹ de illis meditat. In lege

*Pfal. 1.* lege Domini volūtas eius : hoc est, animus, desiderium, conatus, quæ oīa ampliorem gustum diuinæ legis videntur significare. Sponsa proinde gustū sentit dulcissimū, ex ipsa lectione diuinæ legis. Non est similitudo ista dulcedo, qualis est humanæ sapientiæ, quæ tantum sonat in lingua, non sentitur sub ipsa. Quod igitur inquit sub lingua, intelligas exiguam esse illam dulcedinem, quæ tota est in labijs, & in lingua, magnam verò esse dulcedinē illam & incredibilem, quæ sub lingua est. Liceat in fauo distilante considerari, plenitudinem, & copiam, & parvitatem. Nā fauus se effundit de pleno, & effundit distilando, nō enim temerē effundit: & copiosē effundit, iuxta cuiusque necessitatē, quando mel distillat Christus, atque eius Sponsa.

*Hortus conclusus soror mea Sponsa, hortus conclusus & sponsus signatus.*

**I**A M Sponsam assimilat Sponsus in horto cōcluso, & fonti signato: hortus autē iurē cōmendari debeat. Primò, si sit munitus aut sepe aut vallo. Deinde si irriguus, ne surculi nimia siccitate areant. Postremò, si sit selectissimis arboribus cōsitus. Sponsa similis est horto sed cōcluso. Metaphora autem ista orti cōclusi cōmendat in Sponsa, summā illius securitatem: & quia securitas tanta erat, qua nulla poterat excogitari maior, verborū geminatione vititur, dicens: [Hortus conclusus, &c.] Sed quo muro qua vè sepe vel maceria hortus hic ad summā securitatē munitus est? Sponsa ab orbe cōdito munita semper fuit, non solū nature legibus, verū etiā & ricibus, & sacrificijs, quæ omnia tanquā rudimenta venturæ legis, vicē muri, aut maceriae Sponsam summa in securitate ser-

uabat. Gen. 17. Circuncisio datur in signū fēderis. Hinc altaria lapidea erigi cepta sunt, & primū olei, dein de etiā libaminis infusione cōsecrari in vsum quotidianū: sed & loca per circuitū dedicari, Abrahā nemus, Isaac tabernaculū, & Iacob nomen loco fecit Bethel, hoc est, domus Dei. Tum selecti ex toto cētū qui sacra facerent, vt sacerdos Melchisedech. Certa quoq; ratio vestitiū, iam tum in eum vsum inducta, vt vestis Iacob, qua, cum à patre benediceretur, indutus erat, & vestis Ioseph variegata: tēpora quoq; ad preces fundendas certa erant. Manē surrexit Isaac ad iurandū, & inclinato iā die ad meditatū egressus est. Sed & pro alijs precandi, iā tū fuisse consuetudinē ostenditur, cum precib; Abrahā sanatur domus Abimelech. Mox etiā nomina quædā Dei peculiariter inuocari cepta. Nā cum prius nomē ineffabile, & Heloim, quod iustū significat, siue iudicē, ferē fuerāt in vsum: à cede regū reuertēti Abrahamo, prosperitatē precatus est sacerdos Fortitudinis altissimæ. Et Abraham Deū inuocabit possessorem celi & terræ, & postea nomē Adonai introduxit: hinc & altaria erexit Forti æterno. Iacob Forti iudici, aliud Forti victori. Melchisedech panē & vinū obtulit eo ritu, quo hostias pacificas Moyses descripsit faciēdas, ex placenta similaginis & libamine vini. Cū verò Abrahā, vacā, caprā, tururē, & pullū colūbarū Deo obtulit: totā penē Mosaicorū sacrificiorum materiā expressit: ipsam verò rationē sacrificiadi prefigurauit, cū diuisis in duas partes quadrupedib; partē partī opposuit, aues verò nō diuisit. Post verò partes sic constitutas, visus est elibanus, & fax ardēs pertrāsire, rudimentū hoc erat celestis

M 2 ignis

ignis sacrificia sub lege cōsumen-  
 tis. Et de decimarum vsu, historiam  
 Gen. 31. habes. Quibus apertē conuinci-  
 ct 38. ct 14. tur Sponsam ab orbe cōdito diuinis  
 semper institutis, & cēremonijs, tan-  
 quā sepe & maceria circūclusā. Esa.  
 Efai. 5. omnes leges Mosaicas sepe appella-  
 bat: & Paul. totā legē maceriē. No-  
 uis autē legibus munitā Sponsam,  
 Eph. 3. non iam maceria aut sepe, sed tan-  
 quā fortissimo muro videmus. Ege-  
 bat autē Sponsa sepe ista, & muro  
 validissimo, vt esset horrus conclu-  
 sus. Nam ab ipso primo scelere &  
 peccato, tot aditus hostibus appe-  
 ruit, quot erant humani affectus, a-  
 mor, timor, tristitia, odium, lætitia.  
 Aditus præbebat inimicis & ho-  
 stibus: quoniam hi omnes, humani  
 affectus in peccatum & scelus pro-  
 pensī magnam, & latē patentem  
 aperuerant fenestram. Quid verò  
 lex? Omnes istas rimulas & aditus  
 sepebat, præceptis cohibentibus &  
 moderantibus amorē, timorē, deni-  
 que cupiditates oēs, & animi per-  
 turbationes. Fuit itaq; Spōsa ab or-  
 be cōdito, hort⁹ cōclusus, septus na-  
 turæ legibus, legibus diuinis, tum  
 etiā & humanis. Nā si naturę legib⁹  
 tantū fuisset munita, nō satis agno-  
 uisset peccatū. Pau. ad Ro. Per legē  
 Rom. 3. cognitio peccati. Et iterū: peccatū nō  
 imputabatur cū lex nō esset. Primū  
 autē elementū nostrę felicitatis est  
 cognitio peccati. Adhibetur igitur  
 lex Mosaica, vt firmior esset custo-  
 dia. Sed quia peccati cognitio pote-  
 rat Sponsam adigere in desperatio-  
 nē, maior adhuc adhibetur custodia  
 vt verē esset hortus cōclusus. Obeā  
 q; rē annūtiatur euangeliū cui⁹ pro-  
 priū est præconiū illud remissionis  
 peccati & gratię & beneuolentię  
 Spōsi: adhibēt ur multa ad veterē il-  
 lā maceriē, quæ maximē pertineāt

ad summā vitę integritatē & perfe-  
 ctionē. Matth. 5. Audistis quia dictū Mat. 5.  
 est antiquis, Diliges amicū tuū, &  
 odio habebis inimicū tuū: ego autē  
 dicovobis, diligite inimicos vestros, Gen. 29  
 benefacite his qui oderūt vos, &c.  
 Et fons signat⁹ appellatur Sponsa,  
 sumpta metaphora ab his quę refert  
 historia Sacra. Iacob profect⁹ in ter-  
 rā oriētalē, puteū vidit in agro, ex  
 quo adaquabātur pecora, cuius os  
 grandi lapide claudēbatur: morisq;  
 erat, vt cunctis ouibus cōgregatis la-  
 pidē deuoluerent, & resectis gre-  
 gibus rursus super os putei impone-  
 rent: vt aquæ perpetuo essent clarę  
 & perlucidę, neq; transeuntū, aut  
 viatorū nequitia perturbarētur. Ex  
 primit itaq; Spōsus finē & scopū di-  
 uinæ prædestinationis & electionis.  
 Vt enim signatur fons, nē aqua per-  
 turbetur, sed lucida semper & clara  
 pecora reficiat: ita etiā & Sponsus,  
 (vt Pau. inquit) elegit & prædestina-  
 bit Sponsam, vt esset sancta & im-  
 maculata in cōspectu Dei. Signata  
 autē erat Spōsa, vt popul⁹ Dei pecu-  
 Eph. 1. liaris à cōdito orbe sacrificijs, circū-  
 cisione: nūc verò tandē baptisate:  
 vt esset signū aliquod electi populi,  
 & prædestinati à Deo, nē impiorū  
 hominū cōmertio, vera religio, cer-  
 ta & cōstans propter falsas religio-  
 nes perturbaretur, tāquā aqua. Sed  
 multa habuit Spōsa à primis tēpo-  
 rib⁹, propter quæ potuit appellari  
 fōs signat⁹. Nā quęcūq; fiebāt, ante  
 aduentū Chrī oīa in figura cōtinge-  
 bant, & occultū habebāt arcanū: vt  
 1. Cor. 10. arca Noē, sacrificiū Isaac, vniuersa  
 Gen. 6. Mosaicæ legis sacrificia, cæteraq; id  
 gen⁹ alia. Fuit igitur Spōsa fōs signa-  
 tus, tum nē veneno falsorū dogma-  
 tū inficeretur, tum etiā, quòd multa  
 de Christo venturo mysteria intrā  
 fontem istum occultarentur.

Emissio-

*Emissiones tuæ paradysus malorum  
punicorum, cum pomorū fructibus.  
Cyprī cum nardo, nardus &  
crocus, fistula & cinamomum cū  
vniuersis lignis Libani, myrrha et  
aloë, cū omnibus primis vnguētis.*

**V**ARIA est significatio vocis  
חַרְשֵׁן alij enim omnem aridā  
terram significare arbitrantur, quæ  
irrigatione indigeat: alij verò dotes  
sive donationes: sunt qui velint si-  
gnificare propagines, Esai. 16. Propa-  
gines eius relictae sunt: quo loco ean-  
dem vocem vates vsurpat, vnde  
mihi fit verisimile aquam Syloë,  
sic appellatam, quod irrigando plā-  
tationes, propè Ierusalem decur-  
reret. Neemiæ. 3. cap. Et muros pisci-  
næ Syloë, in hortum regis. Sunt  
qui velint, emissiones pro aquarum  
impetu decurrētium sumi: vt idem  
sint emissiones, cum eo quod sequi-  
tur: Fōs hortorū, puteus aquarum  
viventium, quæ fluunt impetu de  
Libano. חַרְשֵׁן speciem esse redo-  
lentis aromatis constat, alijs scriptu-  
rarum locis: quam nonnulli cam-  
phoram, alij Cyperum herbam,  
de qua Plinius, Cyperum arborem  
esse odoratam folijs, & semine Co-  
riandro similem: in oleo coquitur:  
inde fit vnguētum regale, quod Cy-  
parinū dicitur: prestat in Cypro in-  
sula odoris suauitate. Ob eamque  
causam aiunt, Cyparum appellari.  
חַרְשֵׁן Exod. 30. de Cinnamomo: Et  
Cinnamomū medium, &c. De quo  
Plinius: Frutex duorum cubitorum  
est altitudinis, amplissim⁹, quatuor  
digitorū crassitudinis, statim à ter-  
ra sex digitis surculosus, & ari-  
do similis, cum viret non odoratus.  
Gignitur in planis, sed densissimis  
vepribus, rubisque, difficilis colle-  
ctu: nascitur potissimū in Ætio-  
pia vbi summa est in veneratione.

חרשן quod Arabicè Saphram  
appellatur. חַרְשֵׁן verò nonnūquam  
calamum significat. Esai. 19. Et  
quia in Oriente calamos conficie-  
bant: quibus quantitates certa ra-  
tione mensurabantur: idcirco Eze-  
chi. 40. alijsq; locis pro mēsurā acci-  
pitur: hoc loco calamum aromati-  
cum significat: quæ admodū Exo. 30.  
Calami similiter ducentos quinquā-  
ginta siclos. חַרְשֵׁן significat thus,  
de quo multa superiūs. Quidam  
aloës, alij sandalum vertunt, quod  
Arabes zādel. Sed legimus Prou. 7.  
hoc nomen eadē significatione pro  
myrrha & aloë. De hoc odoramēti  
genere Plinius testatur: fuisse per  
multos, qui constantissimè affirma-  
rent, in Iudæa super Ierosolymā  
metallicam huius odoramenti in-  
ueniri naturam. De Nardo multa  
superiūs cōmentarijs. 1. cap. Spon-  
sam itaque assimilat horto irriguo,  
[Fons (inquit) hortorum, &c.] sele-  
ctissimis arboribus confito. Nam  
apud Esai, dicitur animus pius, hor-  
tus qui voluptates reddat, & alias  
utilitates ingentes: sic enim Scriptu-  
ra Sacra nostrę ruditati sese attem-  
perat: vt ex rebus istis, quas maxi-  
mè cognoscimus, excitata fides &  
erecta, totus homo in sublime ferat-  
ur. Considera proinde, quid desit  
huic horto siue paradiso: incredibili  
aquarum abundantia irrigatur,  
furculi selectissimi omnes, tum ve-  
rò (vt diximus) hortus ipse sollicitè  
ac diligentèr munitus. Quid ergò  
possint timere plantulæ, quæ in isto  
horto inseruntur, siccitatem? At ve-  
rò perenni fonte inter illarum radi-  
ces recurrente, siccitatem aut aridi-  
tatem nusquam sentire poterant,  
neq; penuria aque, aut indigentia la-  
borabant, vt cæterę arbores, quę hu-  
mana industria, ex puteis vel fonti-  
bus haulta aqua irrigantur: nō ergò

M 3. est

est, quod aqua expectet, quando inter illas fons est, quae magno impetu ex Libano monte cadit: sed & platanus, sine sarculi, praeter ingenium terrae facilissimum, & aeternam humiditatem aquis intercurrentibus selectissimi sunt. Id vero industriae & solertiae agricolae tribuendum, quod cinnamomum, nardum, &c. in locum irriguum & amenissimum intulit. Quibus omnibus liceat facite cuius intelligere, primo, quanta sit Sponsi liberalitas. Sponsam ipse ab orbe condito propria platanus manu: & quoniam elegit & praedestinavit, electissimis sarculis facit persimile. Deinde vero quanta fuerit Sponsi liberalitas, vel ex eo maxime constat, quod platanus istae inserebatur, non in loco arido aut squalenti, sed irriguo: nam tanta est aquarum exundantia: ut superius de fonte signato, inferius aliquantulum de fonte vivo, de puteo aquarum viventium, quae fluunt impetu de Libano, intulerit mentionem. An hic fons sit, qui ad radices montis Libani exoritur, aquis optimis, frigidis, dulcissimis, iugiter & copiose scaturientibus, ita ut subito inualecens influvium crescat, qui alveo pleno decurrat inter Tripolim & Libanum: an potius puteum voluerit significare aquarum viventium, quae magno impetu a Libano in plana decurrant, non longe a castro Laudaleo, nihil moror. Illud certissimum sit, Salomonem ingentem aquarum exundantiam significare voluisse: & aquarum nomine divina quaecumque dona, quae animo Sponsae, tanquam dicas, horto amenissimo, Sponsi manus inseruit. Collige quaecumque; ab ipsa prima totius orbis molitione, Sponsa accepit: ut quoniam praedestinata est, electa, vocata, magnificata: Sponsi sunt dona. Attende igitur quid sit aut possit per seipsam Sponsa: fingit Sponsum nullam habuisse solertiae circa huius horti amenissimi cultum: et

set hortus arboribus confitus & herbis, sed non selectis, sed infrugiferis, lethalius, pestilentibus: solo odore totum orbem potuissent inficere, & certissimam inferre mortem. Omnes (inquit Pau.) nascimur filii irae. Sumus quidem arbores & fructus edere possumus. Sed qualis est nostra natura, tales profecto edet: nempe iram, indignationem, mortem, peccatum, eternum denique interitum: ut mala opera praetermittam. Quod ergo Sponsa ab orbe condito selectissimis platanis sit similis, hoc sane Sponso acceptum est referendum, pedit a divina praedestinatione & electione. Pau. de Esau & Iacob: cum nondum nati essent, &c. non ex operibus, sed ex vocante dictum est, maior serviet minori: & Non est volentis, neque currentis, sed miseretis Dei: ut hic hortus selectissimis platanis, & sarculis confitus, fragrantissimum sui reddat odorem per bona opera. Attende secundum: Sponsa divina electione & praedestinatione plantata, quid potuisset: nisi Sponsus tam liberali manu, tanta munificentia uteretur, ut defluentes fontes ex Libano monte altissimo in hortum deduceret? sane, tametsi Sponsa praedestinata sit & electa, sed eget adhuc amplissima Sponsi bonitate, & aquarum ista redundantia, donorum scilicet, ex monte Libano, hoc est, ex caelo & fonte divinitatis iugiter scaturiente. Post praedestinationem & electionem, vocatur per verbum Sponsi, iustificatur, per fidem in Sponsum unicum magnificatur. Ad aquas istas pertinent sacrificia, circumcisio ante conditas leges: tum quaecumque; lex Mosaica, quaecumque; lex Evangelica docet de componendis affectibus, & delectanda pietate. Tertio, considera quid postulet Sponsus ab horto isto amenissimo: duo sane, alterum est aquis istis & agricolae diligentia gaudeat platanus, iugiter defluentem aquam non

Epb. 2.

Rom. 9.

non respuant, sed audeant tanto bene scio, & Sponso ingentes referant gratias. Deinde proprio odore, hoc est bonis operibus ceteros homines alliciant, & ad cultum honesti & virtutis trahant. Nam diximus frequenter, bono odoris nomine, bona opera significari. Neque enim sine magno consilio, hortus hic odoratis arboribus confusus dicitur. Sed caueat Sponso, existimet bona opera sibi deberi, posseque sibi arrogare, quidquid boni fecerit. Operatur quidem illa simul cum Sponso, sed sine illo nihil potest efficere: ut Christus inquit apud Ioan. Si igitur bona opera efficit, odorem emittit gratissimum, agricolæ beneficium agnoscat: adoret iugiter seaturientes aquas, nam hæc omnia Sponso, potius quam sibi sint tribuenda.

*Fons hortorum, puteus aquarum viventium, quæ fluunt impetu de Libano.*

**E**X his, quæ superiori carmine diximus, poterit lector non stupidus intelligere, quis sit verus, germanusque sensus huius carminis.

*Surge Aquilo, & cum veni Auster, perfla hortum meum, & fluent aromata illius.*

**I**S versus & Sponso optime possit accommodari & Sponsæ. Quod quidam præsentis carmine, ventorum naturas & proprietates non satis attendentes, dixerunt, Sponsum ventos prohibere, ne nocuum aliquod amænissimo horto inferrent, ne selectas plantulas læderet, prorsum est reiiciendum: adeo enim verum & genuinum huius loci sen-

sum perturbant, ut necessum sit istorum ignorantibus interpretatione semel admissa, in magnos & intolerabiles incidamus errores. Est ergo Aquilo Hebraicè *יאז* Græcè autem *Bòrrhes*, Latine, *Boreas*, sic dictus à vehementissimo volatu instar Aquilæ. Ovidius.

*Apta mihi vis est, quæ tristia nubila  
pello,  
Et freta concutio, nodosaque robora  
verto,  
In duroque niues, & terras grandine  
pulso.*

Libro. 6.  
Metam.

**¶** Flat hic vêtus, à solstitiali & æstiva plaga. Dicuntur etiam & Aquilonares venti, qui octo formæ diebus exortum caniculæ antecedunt, & perflant diebus quadraginta, quos vocant *Æticias*, & *Prodromos*: quasi præcursores. Auster meridionalis ventus est, & nebulosus & humectulus: Græcè notus (quod *uotis* Græcè Latine humor dicatur.) Auster Latine, Hebraicè *אז* appellatur: Plla. 18. Plinius autem iuxta varietatem regionum, ostendit variam esse ventorum naturam. Auster (inquit) in Italia humidus est & æstuosus, & Africa incendia affert cum serenitate. Et primo li. æstus (inquit) & Auster. Et Aquilone gaudere arbores & afflatu eius fieri lætiores. Et apud *Coeliū Rodiginium* de varietate ventorum, iuxta varietatem regionum multa liceat inuenire. Hæc à nobis eò dicta sunt, ut Christianus lector intelligat, eos oēs fuisse hallucinatos, qui exiltimarunt, Sponsum veros omnes voluisse depellere, ne in hortum perflarent: saltem Aquilonarem ventum, quod sit inimicus odoratis, quasi non possit illius natura simul cum

M 4

ipsa regione immutari, ex his constat, quæ dixim⁹, cū ex Cellio, tū ex Plinio. Inuitat igit̃ Spōsus ventos oēs, qui sint natura æstuosi, vt huius horri fluāt aromata: vëtorū autē nomine in literis sacris tētationes gravissimas & flagella significari, null⁹ est qui ignoret, sumpta proprietate loquēdi ab ipsa ventorū proprietate & natura. Nā venti in deserto, præfertim in locis eminentioribus, vbi nulla habēt obstacula, importuniores sunt, omniaq̃ concutiūt sua vehementia. Ezech. venturā captiuitatē populi Iudaici, quæ iā esset proforibus, nomine Aquilonaris vëti significabat. Et ecce vëtus turbinis veniebat ab Aquilone, &c. Spōsus itaque quæadmodū tota refert hystoria sacra, a menissimū hortū, hoc est, pios homines, electos prædestinatos, multis flagellis & tentationibus grauissimis, quasi ventorū flatibus semper cōcussit: vt enim aromata fluerēt, & arbores alioqui nobiles aliquē sui præberēt odorē, multis ac varijs flatibus vëtorū agitabat. Tentauit Adā morte Sāctissimi Abel: Noe fabrica & structura arcē: Abrahā morte cruētaynigeniti: idē etiā dixerim de S. Iob, & de ceteris. Inde, ex flatu .s. vëtorū fluxere aromata illa pretiosissima, gratissimiq̃ odoris. Inde inquā fluxit cōstātia Enoch, obediētia Noē, fides sanctiss. patriarchæ Abrahā. Nā citra ventorū flatū & impulsū, vix arbores istæ in fructū erūperent. Sponsus enim nos patitur plātulas istas, pios .s. & electos hoīes supinos esse, cupit nusquā securre agāt. Obeamq̃; rē frequēter ventorū flatibus illos exponit. Nā in flatibus istis & tētationibus cōperies primō: Sponsū magnoperē ostētare virtutē sui spirit⁹, quo donātur credētes, vt quasi de mūdo & principe mūdi huius agāt triūphū. Obeamq̃;

rē Pau. cū id sentiret, de vinculis, de morte, de periculis, in quibus versa-  
batur dicebat. Vt semper, itā & nunc magnificabitur Christus in corpore meo, siue per vitam, siue per mortē. Et in eodē .c. multa de diuine virtutis testimonio in sãctis, hoc est in plātulis istis ventorū flatibus expositis, dicit. Et Pet. Si opprobrijs afficimini in noīe Chri: beati estis, quoniā gloria & spiritus Dei supervos requiescet. Secūdo, his flatibus ventorum conatur auocare pios hoīes, ab amore hui⁹ sæculi: quādo in mūdo adeo molesta & aduersa experiūtur: quæadmodū olim cūctos finitimos voluit populo Israëlitico hostes esse: nē qua .s. cū illis cōsuetudine coalescētes, eorū scelerebus cōtaminarentur. Quocircā Seruator eos pronuntiauit beatos, qui pauperes sint & afflicto animo, & in luctu & iustitiæ desiderio essēt: eò quod regni celorū, hoc est, Euāgelij ac superne cōsolationis, tales essent capaces. Tertiò, in hoc etiā plātulas istas, flatib⁹ vëtorū exponit, vt in se penitūs descēdāt, & spiritus sui dolū si quē habēt, agnoscant. Psal. neq̃; est in spiritu eius dolus. Nā hypocriseos malū, vt sãctis hominibus insidiatur, itā etiā nullū excutitur difficilius. Fit enim interdū, vt Deo studere, diligere proximos, tū vitē decorē sectari videant: cū interim sibi viuāt. Obeamq̃; rē, solet sãctis frequēter mala quædā & incōmoda immittere, iratū se ostēdere, vt fluāt aromata: inde enim eorū crassities pertūdit, ac percutiunt sensus: vidētq̃; quā lōgē sint ab eo, vt toto corde diligant Spōsum. Hic est dolus, fraus, simulatio, hypocrisis, supinitas, torpor, præpostera securitas: quæ cū vëtorū flatibus excutitur, statim fluūt aromata, tūc incipiūt Sãcti verē sibi displicere, frangi penitūs, & Deo se totos cōsecrare.

CAPVT